

C Postquam philosophus determinauit de moribus sequentibus grades: in pre ista determinat de moribus sequentibus fortunam. Et duo facit: quia primo continuat se ad dicenda. Secundo exequitur de intento. Secunda ibi. (Nobilitatis quidem igitur). Dicit ergo primo: quod ipse vult dicere consequenter de his bonis: que sunt a fortuna: ostendendo per que ipsorum bonorum quales quidem mores accidunt hominibus. **C** Deinde cum dicit.

C Nobilitatis quidem igitur mos est magis amatorem honoris esse eum: qui habet ipsum. Omnes. n. si adsit: ad hoc aliquid accumulare consueuerunt. Nobilitas progenitorum est.

C Exequitur de intento. Ad cuius evidentiam notandus: quod bona fortunę secundum eodem modum loquendi sunt nobilitas: diuitię: et ciuilitas potentia. Primo ergo duo facit partes: quia primo determinat de moribus fortunę quantum ad particulariter: et secundum diuersas partes eius. Secundo determinat de moribus fortunę vniuersaliter. Secunda ibi. (Bona autem fortuna). **C** Circa primum tria facit partes: tres sunt partes fortunę. Primo ostendit: qui mores sequuntur homines propter nobilitatem. Secundo qui sequuntur eos propter diuitias. Tertio qui sequuntur ipsos propter ciuilem potentiam. Et ultimo qui mores sequuntur homines propter bonam prolem: et propter sanitatē corporis: et vniuersaliter propter bona fortunę. Secunda ibi. (Diuitiis autem: qui assequuntur). Tertia ibi. (Similiter autem de potentia). **C** Circa primum duo facit: quia primo ponit considerationes ad ostendendum mores sequentes hominē ratione nobilitatis. Secundo quia nobilitas multum videtur conuenire cum generositate: dat differentiam inter nobilem et generosum. Secunda ibi. (Est enim nobile.)

C Circa primum duo facit secundum quod duas considerationes ponit. Secunda ibi. (Et de respectuum). **C** Prima consideratio talis. Quod mos nobilitatis est facere eum: qui habet ipsam nobilitatem magis amatorem honoris. Et est ratio: quia omnes cum habent aliquid de aliquo: consueuerunt accumulare ad idem. Est enim naturale: quod imperfectus desiderat perfici: ideo modicum diuites volunt fieri diuitiores: et honorabiles amant esse honorabiliores: nobilitas ergo existens quedam honorabilitas progenitorum facit ipsos nobiles esse amatores maiorum bonorum. **C** Deinde cum dicit.

C Et de respectuum etiam similitudinem progenitoribus ipsorum: quia longe hec magis quam prope se habent honorabilia: et magis factabilia.

C Ponit secundam considerationem. Quod nobiles despiciunt eos: qui sunt similes progenitoribus ipsorum. Et quia hec scilicet dignitas et nobilitas progenitorum sunt magis honorabilia longe facta quam prope: ideo quanto magis descendit generatio: tanto nobilitas facit superbiores: propter quod filij nobilitatem reputant se meliores patribus: quia cum sit dare initium: quod parentes sui ditari ceperunt: ipsi sunt magis longe a paupertate quam aliquis progenitorum: ideo magis se iactant: et filios progenitorum despiciunt. **C** Deinde cum dicit.

C Est enim nobile quidem secundum generis virtutem. Generosum autem secundum generis degenerasse a natura.

C Dat differentiam inter nobile et generosum. Et duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo ostendit multos nobiles degenerare: et non esse generosos. Secunda ibi. (Quod quidem ut in pluribus). Dicit ergo: quod nobile est secundum virtutem generis. Nam illi sunt nobiles: qui sunt de genere digno et virtuoso: generosus autem est non degene-

rare a natura. I. a naturali origine: sive a naturali nobilitate. **C** Deinde. **C** Quod quidem ut in pluribus non accidit nobilibus: sed sunt multi leuis valoris: fertilitas enim quedam est in generibus virorum: quem admodum in his: que per regiones fiunt: et aliquid quando si sit bonum genus: fiunt per quodam tempore viri superflui: deinde iteque suspendunt.

C Ostendit plures nobiles non esse generosos. Et duo facit: quia primo facit quod dictum est: quia proponit veritatem hanc. Secundo quod dixerat manifestat per exempla. Secunda ibi. (Degenerant autem). Dicit ergo: quod in pluribus nobilibus non accidit hoc: videlicet: quod sint generosi: sed multi sunt valoris leuis. I. paruus: multi enim nobiles modicus valent. Debemus enim arbitrari: quod est quedam fertilitas. I. superfluitas in generibus virorum: quemadmodum in his: qui per regiones fiunt. I. per terras: quia aliquando in aliquibus terris ex bono frumento nascitur malus bladium: sic etiam videmus aliquando: quod si sit bonus genus: fiunt per quoddam tempus rari: et superflui: et inutiles: et demum huiusmodi superflui suspenduntur: quia interceditur talis generatio superflui: et fiunt homines boni: sicut enim non semper continuatur generatio bonorum: sic non oportet semper continuari progeniem malorum. **C** Deinde cum dicit.

C Degenerant autem qui quidem bene nati genere in saniores mores: velut qui a Biliado: et qua Bionysio patre. hec autem perstituta in deteriorationem et verecundiam: non quod ab Alcimone: et Pericleo: et Socrate.

C Quod dixerat manifestat per exempla dicens: quod qui bene nati sunt de genere degenerant et habent mores in saniores. I. malos et imprudentes: sicut accidit in his: qui fuerunt geniti a Biliado. I. a diabolo: hec autem que processerunt a dictis viris: perstituta fuerunt in deteriorationem et verecundiam: quia filij eorum: qui fuerunt superstites. I. remanserunt ex eis fuerunt deteriores: et verecundes. I. stulti et furiosi. Filij vero: qui processerunt ab Alcimone et Pericleo et Socrate: ut supplet alia littera fuerunt stabiles non declinantes ad stultitiam: propter quod apparet inducendum: quod aliquando filij degenerant a bonis parentibus: aliqui vero sunt generosi et stabiles.



D iuitiis autem qui assequuntur mores: leniter est videre omnibus contumeliosi: et elati: patietes aliquid a possessione diuitiarum. Tanquam enim habentes omnia bona sic disponuntur. Diuitie autem quasi precium quoddam sunt: et dignitas aliorum propter quod videntur appreciabilia omnia esse ipsarum.

C In parte ista ostendit qui mores assequuntur diuitiis. Et duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo dat ordinem iter mores: qui assequuntur diuites nuptiati. Secunda ibi. (Differunt autem his). **C** Circa primum tria facit secundum quod tres considerationes ponit. Secunda ibi. (Et debilitati). Tertia ibi. (Et putare dignos). Dicit ergo: quod leniter potest videri ab omnibus: quod mores assequuntur diuitiis. Nam ceteri diuites sunt contumeliosi et elati: quod patiuntur aliquid ab ipsa passione diuitiarum: quia ex eo: quod sunt diuites: sic disponuntur in corde: ac si essent habentes omnia bona: ideo volunt oculos extollere. Cuius autem que se per diuitias disponuntur est: quia diuitie sunt quasi precium quoddam: et dignitas aliorum.

videtur enī vulgaribus omnia esse appreciabilia precio ipsarum diuitiarum: ac si omnia mensurarentur numismate: ppter quod diuites possidendo numismata credūt omnia possidere. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et delicati: et iactatores, Et delicati quōdē delicias: et insinuationē felicitatis. Iactatores autem et infestatores: quia semper consueuerūt de morari circa amatum et admiratum ab ipsis: et putant quod emulari alios que et ipsi.

¶ Ponit secundam considerationē. Et duo facit: quia primo facit quod dicitur. Secūdo assignat rōnem dicti. Secūda ibi (Simul autē et merito.) Dicit igitur quod diuites sunt delicati et iactatores. Delicati quidem ppter diuitias et insinuationē felicitatis. semper. n. fuerunt in delictis: et vñ eis eē felices. Iactatores autē: et infestatores aliorū sunt: quia p̄sueuerūt de morari: et consistere circa id: quod amant et admirantur: putant alios emulari: et amare ea que et ipsi amant: videndo alios nō p̄sequi talia amata: et admirata vt ipsi p̄sequunt se iactant ex hoc: et infestant alios. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Simul autē et merito de hoc patiunt. Multi enim sunt: qui indigent habentibus: vnde et illud Simonidis dictus est de sapientibus et diuitibus ad vxorē Poronis interrogantē: vtrū melius eēt fieri diuites vel sapientē. Sapientes .n. ait. est videre ad ianuas diuitū frequētates.

¶ Assignat rōnem dicti dicens: quod diuites quodāmodo b̄: vñ: quod se iactant merito patiunt: quia multi et sapientes et p̄bi indigent habentibus. i. diuitibus. vnde et illud dicitur Simonidis. i. illius p̄terq̄ de sapientibus et diuitibus: valet ad d̄ clarandum propositum. Recitabat. n. dictus poeta quendam interrogantem et dicentem ad vxorem. vtrum melius est fieri diuitem: vel sapientē. r̄debat dicta mulier: quod melius est fieri diuitem: dicebat. n. quod contingit videre sapientes frequentantes ad ianuas diuitū. ¶ Deinde. c. d.

¶ Et putare dignos esse principari: habere enim putant: quoz gr̄a principari dignū: et vt in sūma insensati felicitis moles diuitiarum sunt.

¶ Ponit tertiam considerationē. Quod diuites putant se dignos principari. habere enim putant ea: quoz gr̄a dignus est principari: et vt in sūma est dicere: mores diuitiaz sunt mores infelicitis insensati. Nā diuitie sunt organa ad felicitatem: organum. n. semper indiget direttore: dirigere enim est habētis prudentiam et virtuosū. habere igitur diuitias sine virtutibus est habere organum sine p̄prio direttore: et ga in organo felicitatis aliquo modo referuatur felicitas: diuites igitur non virtuosus ē felix: quia h̄z id: in quo aliquo modo referuatur felicitas: tñ est insensatus: quia non h̄z intellectū et prudentiā: quod sunt directiua talis felicitatis. ¶ Deīn. r̄c.

¶ Differunt autem his: qui nuper possederūt: et his: qui ab antiquo mores in eo: quod omnia magis: et peiora mala hēant nuper ditati. Quasi .n. ineruditio diuitiarū est nuper ditatum esse.

¶ Dat d̄riam inter mores conuenientes diuitibus ab antiquo et ditatis. Nam duo facit: quia primo facit quod dicitur est. Secūdo assignat quādam maximam cōem omnibus diuitibus: siue fuerint nuper ditati: siue nō. Secūda ibi. (Et iniustitias inferunt.) Dicit ergo: quod mores: qui conueniunt his: qui nuper possident diuitias a maioribus cōuenientibus diuitibus ab antiquo: quia nup̄ ditati faciunt peiora magis: et mala omnia quā diuites ab antiquo: quia nuper ditatis esse

est quedam ineruditio diuitiaz. nam nuper ditati sūt magis insipientes: et magis ineruditi: et nesciunt se ita regere in diuitijs: sicut diuites ab antiquo: ideo et puerbū inoleuit: quia cauendum est a d̄sio rusticorum. ¶ Deinde. c. d.

¶ Et iniustitias faciunt in nō nequitiales: s̄z has quidem contumeliosas: has autem incontinētiales: puta in percussione et mecham.

¶ Addit quādam considerationem cōem: quod diuites faciūt. iniustitias offendendo alios nō nequiales. i. non odiosos: quia hoc non faciunt vt nocent: sed magis vt excellāt: et vt delectentur. s̄o subdit: quod diuites quādam iniustitias faciunt p̄tumeliosas: quādam incontinētiales: puta iniustificat p̄m percussione: quemadmodū ad iniustitias cōtumeliosas: et vt excellant: et mecham quemadmodū ad iniustitias incontinētiales: et vt delectentur.

Similiter autem et de potentia fere p̄m plurima manifesti sunt mores hi: quod enim diuitijs eosdem habēt potentia: hos autē meliores potentes diuitibus: quia affectāt opa quecunqz potestas ipsis dat agere p̄ potentiam.

¶ In parte ista ostendit p̄ha: qui mores sequuntur ciuiles potentiaz. Et duo facit: quia primo comparat mores huius ad mores sequentes diuitias in generali. Secūdo ponit speciales considerationes de moribus sequentibus ciuiles potentiam. Secūda ibi. (Et magis studiosi.) Dicit ergo primo: quod ex quo notū sunt mores sequentes diuitias: quia simili modo mores fere de potentia p̄m plima sunt manifesti quia potētes potentia. i. per potētiam hos. i. aliquos mores habent meliores diuitibus: quia potestas per potentiam suam affectat quecūqz opera dat ipsis agere potētias. i. earum potentia: et quia potentia potētum dat et disponit potētes: vt opent aliqua similia diuitibus: et aliqua meliora: aliquid mores potentū sunt similes moribus diuitum: et aliquid meliores. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et magis studiosi propter esse in cura coacti intendere in ea: que circa potentatum.

¶ Ponit de h̄z moribus sp̄ales considerationes. Et tria facit p̄m quod tres considerationes ponit. Secūda ibi. (Et reuerētiores.) Tertia ibi. (Et si inturiētur.) Prima talis. Quod potentes et existentes in platione et potētia sunt magis studiosi. i. meliores quā sunt diuites: et hoc ppter esse in cura. Et quia sunt coacti intendere in ea: que sunt circa potentatum: ipsa. n. causa et sollicitudo retrahit principes: et p̄clatos a multis lasciujs. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et tenitores ad grauiores: facit. n. reuerētiores dignitas: ppter quod moderantur. Est autem reuerentia mollis: et decēs grauitas.

¶ Ponit secundam considerationem. Quod potentes et existētes in cura sunt reuerētiores et grauiores quā diuites nō h̄ntes curā aliorū: aliquid textus habent tenitores ad grauiores: et in idem redit. Nam habentes curam sunt magis tenitores. id est magis tenent se quā diuites: non enim permittunt se sic labi: vt ipsi: vnde alla littera habet: quod sunt tardiores. Causa autem quare principes sunt tardi: et reuerētiores: et graues est: quia dignitas reuerētiores facit: id est grauior: propter quod tales moderantur temperando se a lasciujs non existendo moles et labiles. Nam reuerentia est mollis: id est suavis: vt habet alia littera: vt decēs grauitas: homines enim reuerētes sunt: qui suauiter incedūt. et decenti modo grauitatē habent. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et si iniuriēnt

Et si iniuriant non in paruis iniuriantores sūt sed sū magna iniuriantur.

Ponit tertiam considerationem. **Q**uod si existentes in potentatu iniuriant alios non sunt iniuriantes in prauis: sed iniuriantur sū magna. vili pendunt. n. principes modicā inferre iniuriam. **D**einde cū dicit.

Bona autem fortuna sū partes quidem dīctorum habz mores. In hoc enim tendūt: que maxime videntur bone fortune: z adhuc in bonam prolem: z sū corpus in bonis bona fortuna exhibet abundare. **E**latores quidem igitur: z magis impremeditatiui propter bonam fortunam sunt.

Postq̄ assignauit qui mores sequuntur bonā fortunāz q̄m ad partes eius: ostendit qui mores sequuntur eā vniuersaliter. **E**t tria facit. z primo assignat vnum malū morem sequentem vlr fortunam bonam: vt qz fortunati sūt elati. **S**ecundo assignat vnum bonum morem sequentes ipsam: qz tales bene se habent in his: que sunt erga deus. **T**ertio epilogat ostendens ex huiusmodi: que dicta sunt de bona fortuna: manifesta esse contraria: vt in fortuna. **S**cda ibi. (Vnus aut assequit). **D**icit ergo: qz bona fortuna sū partes. i. sū particulares acceptiones hz mores dīctorum. i. de numero dīctorū: vt mores dictos. **N**am p̄dicta tria. v. nobilitas diuinitis: z potētia sunt partes fortune: qz in hoc. i. in p̄dicta tendunt bona: que maxime vident esse bona fortune: z ad hoc etiam in bonam plem: z abundare in bonis sū corpus: vt habere sanitatem z pulchritudinem exhibet bona fortuna. **D**eterminare ergo de moribus sequentibus nobilitate: diuinitas: z cetera tacta: est de terminare de moribus bonę fortune particulariter: qz p̄dicta sunt partes bonę fortune: sed simpliciter z vniuersaliter ppter fortunam hoies sunt elatores: z magis impremeditatiui. **S**acit. n. bona fortuna homines supbos z impmeditate agentes. **D**einde cum dicit.

Vnus autem assequitur optimus mos bone fortune: quia amatores dei sunt: z habēt se ad diuinam aliquantulum credentes propter facta bona a fortuna.

Ostendit qui mos bonus assequitur vlr fortunāz bonāz dicens: qz vnus optimus mos bonę fortune assequit fortunatos: qz tales sunt amatores dei: in quantum partē bonorum suorum pro deo distribuunt: habent. n. se ad diuinā aliquantulum. i. competenter z bene credentes bona fortuna esse ppter facta diuina. **N**am qz ignoratur cā eorum: que sunt a fortuna: referimus talia in cām excellentiorem: vt in deum: bene. n. fortunati credunt per fata. i. per ordines causarū relatum in deum: vel per facta diuina se esse cōsecutos quod habent. **H**abent. n. aliqui textus fata: z aliqua facta: z vtrunqz stare potest. **D**einde cū dicit.

De his quidem igitur: que sū etatem z fortunam moribus dīcū est. **C**ōtrarij. n. dictis ex contrarijs manifesti sunt: velut pauperes z in fortunati mores: z in pecunijs.

Epilogat addēs: qz per p̄dicta manifesta sunt contraria. **D**icit ergo: qz de his moribus: que sunt sū etate z fortunā dīctum est: sū autem dictis ex contrarijs manifesti. **N**am quāz scimus qui sunt mores fortunati z ipotentis. manifestum esse potest: qui sunt mores pauperis infortunati id est impotentis.



Noniam autem probabilius orationum vsus ad iudicium est: de quibus. n. scimus z iudicamus: nihil adhuc opus est oratione.

Ita pars diuisa fuit contra totum p̄cedens. **D**icebatur. n. qz vsqz ad locū istūz determinabat p̄s de persuasibilibus proprijs: hic autem vt dicebatur determinabat de persuasionibus cōsibus: z vt videamus necessitatem huius tractatus: notandūz qz mā: circa quā versat̄ rhetor: est dubitabilis. **S**i. n. per se notum esset aliquid: superflua esset persuasio: q̄tuncunqz ergo quis persuadear ad vnā partem: qz materia circa quam talis persuasio exercetur: z ille: cui fit persuasio: est vnus iudex plicabilis ad vtrāqz partem: semp̄ remanet potentia suspicandi sūm: vt ergo modo possibili certissimū aliq̄ persuadendo: opz nos cōia z p̄pria adducere. **N**az ex applicatione cōium ad p̄pria fit persuasio fortior cā n̄ ergo dictum sit de persuasionibus proprijs: vt de persuasionibus competentibus vnicuiqz negotio. restat arguere de quibus. **T**ria ergo facit p̄s in hoc tractatu. **N**az primo ostendit mā rhetoricā esse mā pbabilem: z qz negotio rhetoricorum ille cui fit persuasio se hz: quasi iudex. i. quasi medius potens plicari ad vtrāqz partē: p̄ qd̄ apparet tam persuasiones p̄prias q̄ cōes esse necessarias: ne iudex plicet̄ in partem sūam. **S**cdo ostendit determinatū esse de persuasionibus proprijs. **T**ertio manifestat: qz restat dicere de persuasionibus cōsibus. **S**cda ibi. (De his aut: qz sū). **T**ertia ibi. (Reliquū aut nobis p̄trāsire). **C**irca primum duo facit. **N**az primo ostendit mā rhetoricā esse mā pbabilem. **S**cdo manifestat: qz qui persuadetur: se hz quasi iudex potens plicari ad vtrāqz partē. **S**cda ibi. (Est aut̄ siue ad vnū). **D**icit qz vsus pbabilium orationū vtilis ē ad iudicium: qz ea de qbus scimus z iudicamus certitudinaliter: nihil opus est rōne persuadente. **N**on q̄ fit certificatio persuasiva: nisi per rationes probabiles: z in materia probabili. **D**einde cū dicit.

Est autem siue ad vnum aliquid oratione vtrūqz exhortatur: velut monentes faciunt: aut suadentes. **N**ihil. n. minus iudex est vnus: quem enim opz persuadere: iste est vt simpliciter dicere iudex: siue altercantem: siue ad hypothese sim dicat quis similiter. **R**atione enim necesse vti: z destruere cōtraria: ad que sicut ad altercantem orationem facit.

Ostendit qz in negotio rhetoricorum persuadetur: se hz vt iudex potens plicari ad vtrāqz partem. **E**t tria facit: qz primo ostendit de negotio disceptationis. **S**cdo de exclamatiuo. **T**ertio de deliberatiuo. **S**cda ibi. (Eodem aut̄ mō). **T**ertia ibi. (Totaliter aut̄ solus). **D**icit qz est. i. cōuenit: qz siue aliquis exhortatur vtrūqz oratione ad vnūz aliquid. i. ad vnā partem: sicut faciūt monētes z exhortantes ad vnā partem: z ad sūam: aut suadentes: qz etiaz tales ad vnāz exhortantur partem: nihilominus iudex z vnus que opz persuadere iste: vt simplr̄ est dicere est iudex: siue qd̄ alteram partem: siue ad sūam dicat quis similr̄. i. dicat quis qualrcūqz necesse est vtrūqz: z destruere sūam: ad q̄. i. qz que: qz circa dicta aduersary quasi contra altercantēz psuadēs facit orationē. **V**ult aut̄ p̄s p̄ hęc vba b̄re: qz q̄tūcūqz rōnes rhetoricę sūt ad vnā partē: iudex ē vnus: qz p̄t inclinari ad prē aliā z ad sūam: vt q̄ iudex inclinē semp̄ ad prē p̄positā: debemus vti oibus modis persuasionibus: p̄ qd̄ nō solū sunt vtilis persuasiones proprie: s̄ cōmunes.

Rhetori.

Debemus enim sic persuadere: et sic nos habere erga iudicem: ac si iudex esset alterans et teneret partem alteram: quia si teneret partem propositam: non esset opus persuasione. **¶** Deinde cum dicit.

¶ Eodem autem modo et in exclamatiuis: quasi. n. adinuicem ad considerationem orationis consistit.

¶ Ostendit quod in exclamatiuis auditor habet etiam quasi iudex dicens: quod eodem modo et in exclamatiuis oratio nostra: et sermo noster consistit ad considerationem. i. ad auditorem. Nam et in exclamatiuis collaudamus aliquos: auditores enim se habent quasi iudices attendentes. vtrum recte laudemus. **¶** Deinde cum dicit.

¶ Qualiter autem solus est: cum simpliciter iudex qui in civilibus concertationibus inquisita iudicant. Quae enim dubitantur inquiruntur quomodo habent: et de quibus consiliantur.

¶ Ostendit etiam: quod in civilibus: et in negotio concionatio auditor se habet quasi iudex dicens: quod totaliter. i. simpliciter iudex. i. se: qui iudicat inquisita in civilibus concertationibus. i. concionabilibus. Nam eadem: quibus consiliamur: sunt dubia: et inquirunt a consiliariis quomodo se habent: propter quod in consiliis fiunt quaedam perturbationes: et obiectioes: et ille qui est princeps et capitaneus orationis esse iudex videtur: quia melius persuadet. imo per antonomasiam talis meretur nomen iudicis: vtrum primo libro est habitum. **¶** Deinde cum dicit.

¶ De his autem: qui secundum civilitates moribus in deliberatiuis dictum est prius. Quare determinatum utique erit: et qualiter: et quae orationes per morales faciendum.

¶ Ostendit esse de persuasionibus propriis dictum: persuasiones proprie tripliciter distinguuntur: quia primo sunt proprie propter diversas civilitates. Nam secundum aliam et aliam civilitatem orationes aliter et aliter persuadere. Secundo sunt proprie tales persuasiones propter diversa negotia politica. Tertio propter diversos modos hominum: ideo tria facit: quia primo ostendit esse de his de propriis persuasionibus secundum quod spectat ad diversas civilitates. Secundo ostendit esse dictum de persuasionibus propriis per comparationem ad diversa negotia politica per comparationem ad diversos mores hominum. Secunda ibi. (Qui autem ad unumquodque). Tertia ibi. (Adhuc autem et ex quibus). **¶** Dicit ergo: quod de his. i. persuasionibus propriis: quae sunt in moribus secundum diversas civilitates dictum est prius in deliberatiuis. i. dictum est cum agebatur de negotio deliberatiuo. Et quia determinatum est de talibus in tractatu illo: utique et determinatum erit: qualiter: et quid faciendum est per orationes morales quantum ad diversas civilitates. **¶** Deinde cum dicit.

¶ Quam autem ad unumquodque quidem genus orationum aliud aliquid erat finis: de orationibus autem ipse accepte finis propositiones sunt. Ex quibus propositiones ferunt: et deliberantes: et exclamantes: et litigantes.

¶ Ostendit dictum esse de persuasionibus propriis secundum quod spectat ad diversa genera politicorum negotiorum dicens: quod ad unumquodque genus orationis est aliud aliquid finis de omnibus talibus orationibus accepte sunt ipse propositiones. Manifestum est. n. ex habitis qualiter sunt persuasiones in deliberatiuis: et quasi in exclamatiuis: et qualiter in litigiis. Et quia non sunt plura genera orationum: manifeste sunt orationes persuasionum secundum singula genera. **¶** Deinde. c. d.

¶ Adhuc autem ex quibus morales orationes con-

Liber

tingit facere: et de his determinatum est.

¶ Ostendit esse dictum de persuasionibus propriis secundum diversos mores hominum dicens: quod determinatum est: et quibus convenit facere morales orationes. **¶** Deinde cum dicit.

¶ Reliquum pertransire de communibus. omnibus enim necessarium: quae de possibili et impossibili ad utendum in orationibus. Et hoc quidem quod erit: hoc autem quod factum est tentare ostendere.

¶ Ostendit de quibus restat dicere: quia de communibus: huiusmodi autem communia reducuntur ad tria: videlicet ad possibile et impossibile: et ad augmentum et diminutionem: ad exemplum et ad enthymema. Duo ergo facit: quia primo ostendit esse dicendum de his tribus. Secundo determinat de unoquoque dictorum trium. Secunda ibi. (Primo quidem igitur). **¶** Circa primum duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo adaptat dicta tria ad tria negotia politica. Secunda ibi. (Est autem commune). Prima pars dividitur in partes tres: quia primo ostendit quod restat dicere de possibili. Secundo quod restat dicere de magnitudine et diminutione. Tertio quod restat dicere de enthymemate et exemplo. Secunda ibi. (Adhuc autem). Tertia ibi. (His autem determinatis). Continuetur ergo sic. Reliquum est nobis dicere de communibus persuasionibus ex quo dictum est de propriis. erit ergo dicendum de possibili et impossibili: quia in omnibus orationibus necesse est vtrum sermo sit factum et non factum: futurum et non futurum erit dicendum: et oportebit hoc tentare ostendere quod erit: vel quod non erit. hoc autem quod factum: vel non factum. **¶** Deinde cum dicit.

¶ Adhuc autem de magnitudine communi orationum est: vtrumque. n. omnes orationes: augmentatione: et diminutione: et deliberantes: et dehortantes: et laudantes: aut vituperantes: aut accusantes et defendentes.

¶ Ostendit quod etiam restat dicere de magnitudine et diminutione: quia hoc est etiam commune omnium orationum. Omnes enim orationes vtruntur augmentatione et diminutione tam deliberantes quam dehortantes quantum ad deliberatiuum: et laudantes et vituperantes quantum ad exclamatiuum. et accusantes et defendentes quantum ad iudiciale. **¶** Deinde cum dicit.

¶ His autem determinatis: de enthymematibus communibus tentare dicere siquid habemus: et de exemplis: quatenus reliqua apponentes perficiamus: quod a principio propositum.

¶ Ostendit quod etiam restat dicere de enthymematibus et exemplis dicens: quod his determinatis. i. postquam determinavimus de praedictis: tentemus etiam dicere siquid habemus. i. siquid videbimus esse dicendum de enthymematibus et exemplis: quatenus apponentes reliqua perficiamus: quod fuit propositum a principio. Nam circa principium primi libri distincta fuerunt enthymemata et argumentationes: quia quaedam erant specialia: quaedam communia. postquam determinatum est de talibus specialiter: vtrum habeatur plene propositum: vult determinare de his communiter. **¶** Deinde cum dicit.

¶ Est autem commune augere quidem propriissimum exclamatiuis: sicut dictum est. Quod autem factum in iudicialibus. De his. n. iudicium possibile: aut et futurum: et in deliberatiuis.

¶ Adaptat

Adaptat predicta tria ad negocia politica. Ad cuius evidentiā notandum: q̄ possibile et impossibile: siue factū et non factum: et augmentum: et diminutio: et exemplum: et entimemata iunt cōmunia omni negotio rhetorico: tamen quedam istorum magis conueniunt vni negotio: et quedam alij negotio. Nā oīum negotiorum cōmune ē augere: tñ sicut dicitur in proximo libro. hoc est magis proprium exclamatiuis. Exempla aut̄ et entimemata: p̄ que ostendit̄ aliquid esse factum vel non factum sunt p̄pria iudicialibus. De his. n. i. de factis est iudicium: possibile aut̄ et futurum sunt magis propria deliberatiuis. **Dubitaret forte aliquis: cū exempla in primo libro sint appropriata deliberatiuis: quid est q̄ hic appropriamus de iudicialibus. Ideo notandū: q̄ exemplum: siue res gesta: et quod libet factum dupliciter potest considerari. Primo vt est presagium futurorū: et sic est magis proprium deliberatiuis. Secundo vt est quedam probatio et augmentatio: et sic est magis propria iudiciali.**



Primo quidem igitur de possibili- bus et impossibilibus dicamus: Si itaqz contrarius sit possibile aut esse: aut fieri: et contrarium videbitur utriqz eē possibile: puta si possibile hominem conualuisse et egrotasse. Eadem enim potentia contrariorum qua contraria.

Postq̄ p̄ba determinavit se ad dicenda: et ostendit deum esse de persuasionibus propriis: et dixit: q̄ restabat dicere de cōibus narrans illa cōia: de quibus restat dicendū. In parte ista exequitur de cōmuniibus illis. ideo tria facit q̄ p̄ talia tria cōia p̄dixit. Nam primo determinat de possibili et impossibili: quod est cōe omni negotio: sed appropriatur deliberatiuis. Determinat secundo de augmentatione et diminutione: quod est etiam quid cōmune oībus: appropriatur tamen exclamatiuis. Tertio determinat de exemplis et entimematibus: que etiam oībus cōmuniter adaptari possunt: appropriatur iudicialibus. Secūda ibi. (Et de magnitudine aut̄ et paritate.) Tertia ibi. (Reliquum autem de persuasionibus.) **Circa primum tria facit. Nā quodāmodo tractatum est de possibili et impossibili: annectit factum et non factum: et futurum et nō futurum. nam facta et futura suntabilia: impossibilia vero non sunt facta: neqz futura. Primo q̄ determinat de possibili et impossibili. Secūdo de facto et non facto. Tertio de futuro et non futuro. Secūda ibi. (Si autem factus ē.) Tertia ibi. (Et de futuro q̄dem). Possibile autem potest ostendi aliquid tripl̄. Primo per comparationem ad contrarium. Secundo per comparationem ad simile. Tertio ostendit aliquid esse possibile prout clauditur in alio. Itē circa primum tria facit s̄m q̄ his tribus modis ostendit aliquid esse possibile. Secūda ibi. (Et si id quod simile.) Tertia ibi. (Et si quidem difficilius). Dicit ergo primo: q̄ vult dicere de possibilibus et impossibilibus. et dat primam considerationem ad hoc: qz si vnum contrarium sit possibile: aut esse: aut fieri: et aliud contrarium videbit̄ et esse possibile: puta si possibile est hominē conualuisse: possibile est ipsum egrotasse. Causa autem huius est: quia eadem est potentia contrariorum: per quam potentiam contraria habent esse. **Deinde cum dicit.****

Si id quod simile possibile et simile.

Docet cognoscere possibile per comparationem ad simile dicens: q̄ si vñ simile possibile est: et si aliud simile possibile erit: nam de simili simile est iudiciū. **Deinde. cū. d.**

Et si quē difficilius possibile: et quē facilius.

Docet cognoscere possibile. s. q̄ vnum clauditur in alio. Claudit autem aliud in alio potest intelligi tripliciter. Primo virtualiter. Secundo quantitative. Tertio quantum ad diffinitionem s̄m q̄ omne diffinitum aliquo modo claudit sua diffinitia. Primo ergo docet cognoscere possibile s̄m q̄ aliquid clauditur in alio virtualiter. Secundo prout clauditur in ipso quantitative. Tertio prout vnum in greditur diffinitionem alterius. Secūda ibi. (Et quorū partes.) Tertia ibi. (Et si alterum eorum.) **Circa primum duo facit. qz primo docet cognoscere possibile prout vñ includit aliud virtualiter: absolute et simpliciter. Secundo specialiter descendit ad ostendendum possibile ex eo: quod aliquid clauditur virtualiter in nobis. Secūda ibi. (Et quorum amor.) **Circa primum quinqz facit s̄m q̄ quinqz considerationes ponit. Secūda ibi. (Et si studiosum.) Tertia ibi. (Et cuius principium.) Quarta ibi. (Et cuius finis.) Quinta ibi. (Et si posteriorius.) **Prima consideratio talia. qz difficilius est posse: posse ē quod facilius. Nā facile virtualiter claudit in difficili. **Deinde.********

Et si studiosum: aut honestum fieri possibile: et totaliter possibile fieri. difficilius. n. honestam domum q̄ domum esse.

Ponit scđam. qz si est posse fieri aliquid studiosum et honestum: posse est illud fieri totaliter. i. simpliciter. Nā si posse est fieri domū studiosam: posse est domum fieri simpliciter. i. qualitercunqz: qz difficilius est facere honestam domum et domus honesta virtualiter includit domus simpliciter acceptam. **Deinde cum dicit.**

Et cuius principium potest fieri et finis: nihil enim sit: neqz incipit fieri impossibile: et putata per cōmensurabilem diametrum esse: neqz utriqz incipiet fieri: neqz sit.

Ponit tertiaz. qz cuiusmodi principium potest fieri: et finis potest fieri: qz nullū impossibile incipit fieri. diametrum enim cōmensurabile ē esse esse: neqz incipit fieri: neqz fieri: nisi q̄. n. incipiet: nisi q̄ posse est consumari. Nā s̄m politatē et virtutē in ipso p̄no claudit quodāmodo finis. **Deinde. c. d.**

Et cuius finis et principium possibile. omnia enim ex principio fiunt.

Ponit quartā: q̄ est conuersa tertie: q̄ finis est possibilis et principium est possibile: qz omnia fiunt. i. incipiunt fieri ex principio. nunqz ergo possibile est presumari: nisi q̄ possibile est incipi. Finis enim et principium se esse aliquo modo virtualiter claudunt. **Deinde cum dicit.**

Et si posterius substantia: vel generatione possibile fieri: et quē prius: puta si virum possibile fieri et puerum: prius enim illud fit: et si puerum et virum: principium. n. illud.

Ponit quintam. qz si possibile est fieri id: quod posterius est generatione et subiecto: possibile est fieri id: quod est principium: puta si possibile est fieri virum: possibile est fieri puerum. quia id. i. puer fit prius viro generatione et substantia: et conuertitur: quia possibile est fieri puerum: possibile est fieri virum: quia puer se habet vt principium respectu viri. Dabitur enim: q̄ si principium est possibile: etiam finis. et conuerso. **Deinde cum dicit.**

Et quorum amor: aut concupiscentia natura est. Nullus enim impossibilia affectat: neqz concupiscet vt in pluribus.



C Ponit h̄s consideraciones de possibili per comparationem ad nos. Et tria facit: qz primo ponit p̄siderationē de possibili: r per cōparationē ad passiones nostras. Sc̄do p̄ p̄parationē ad habitus. Tertio p̄ cōparationē ad actus. Sc̄da ibi. (Et quoz scientie). Tertia ibi. (Et quozicūqz principium). **C** Prima consideratio talis. Qz illa sunt possibilia: quozum est amor r p̄cupiscentia n̄alis: qz naturaliter nullus affectat: nec p̄cupiscit impossibilia vt i pluribus. Et dicit vt in pluribus: qz n̄alis affectio in aliqbus deficit vt in illis: quibus p̄pter alia consuetudinem est delectabile: qd n̄a horret. Vel dicit vt in pluribus: qz p̄pter impedimentuz sequens potest fieri aliquid impossibile: qd naturaliter potest desiderari. **C** Deinde cū dicit.

C Et quozum scientie sunt r artes possibile est esse: r fieri.

C Ponit sc̄dam. Qz illa est possibile esse r fieri: quozum scientie r artes sunt possibile esse r fieri. Judicādū ē. n. de possibilitate oblectozum: sicut iudicamus de possibilitate habituum. **C** Deinde cū dicit.

C Et quozumcūqz principium generationis: in his eniz: que nos cogemus: vtimur: aut per sua debimus. Hec autē sunt: quibus potentiores: aut domini: aut amici.

C Ponit tertia. Qz illa sunt possibilia: quoz p̄cipiū generationis est in nobis: vt in his: que nos cogemus: aut persuadebimus. Talla. n. possumus agere r nō agere. hec autem sunt ea: quibus sumus potentiores: aut demū q̄tum ad ea: que cogimus: aut amici q̄tum ad ea: que persuadeamus. Omnes autē iste tres consideraciones ostendunt aliqd esse pole: qz virtuali claudit in nobis. **C** Deinde cū dicit.

C Et quoz partes posibles r totum. Et quorum totum possibile: r partes vt in pluribus. Si. n. antecisum caputium r tunicam pōt fieri: r indumentum possibile ē fieri: r si indumentum r precisum: r caputium.

C Ponit consideraciones ad ostēdēdū aliquid pole: qz clauditur in alio: vel claudit illud q̄titatiue. Et duo facit. **C** p̄ duas consideraciones ponit. Sc̄da ibi. (Et si genus totum). **C** Prima talis. Qz quozum partes sunt posibles: r totum est possibile: r p̄ueritur: qz si totum est possibile: r partes: vt in pluribus. Dicit autē vt in pluribus: qz lz cōiunctiui semper babeant veritatem: vt si partes possunt fieri r totū: r conuerso. Est. n. aliquid totū passibile: cuius partes diuisim fieri non possunt: sit. n. compositum ex materia r forma: mā tñ r forma diuisim fieri nequeunt. Ostendit autem per exemplum dictam considerationem dices qz si potest fieri antecisum: r caputium: r tunica potest fieri indumentum: r conuerso si indumentū est possibile r precisum. i. antecisum r caputium sunt possibilia. Antecisus enim: r caputium: r tunica noiant diuersa indumenta: quibus homo tegitur: indumentum autēz nominat id: quod comprehendit omnia dicta. **C** Deinde cū dicit.

C Et si genus totum possibile fieri r spēs: r si species r genus: puta si nauis fieri possibile r triaris: r si triaris r nauis.

C Ponit sc̄dam. Qz si genus totū fieri est de numero possibile: r species erit de numero possibile: r conuersi si spēs est h̄s r genus: puta si nauis fieri ē possibile: r triaris est possibile: r si triaris est possibile: r nauis. Triaris est enim species nauis. est. n. nauis habens tria genera remorum. **C** Deinde cū dicit.

C Et si alterum eozū: que adinuicem nata sunt r alterum: puta si duplum r dimidium: r si dimidium r duplum.

C Ostendit aliquid esse possibile ex eo: qd claudit in definitione alterius. Et duo facit: qz primo facit quod dictum est. Sc̄do annectit huic considerationi quasdam consideraciones de facili r de difficili. Sc̄da ibi. (Et si sine arte) **C** Dicit qz si altez eozū: que sunt apta nata referri ad inuicem est possibile: r altez eozū erit pole: puta si duplum est possibile r dimidium: r conuerso. r si dimidiū r duplū. Nam vnum claudit in diffōne alterius. **C** Deinde. c. d.

C Et si sine arte r preparatione possibile fieri aliquid: fieri magis per artem r curam possibile: vnde r ab Agathone dictum est. Et vtiqz hoc quidem fortuna agere. hoc autēz nobis necesse: r que a fortuna adueniunt.

C Annectit duas alias p̄sideraciones: ideo duo facit. Sc̄da ibi. (Et si deterioribus). **C** Prima talis. Qz si possibile ē fieri aliquid sine arte r rōne: possibile est fieri illud p̄ artes r curam: qz difficilius est facere aliquid cū p̄paratione q̄ sine p̄paratione. Ideo dictum est ab Agathone: qz h̄ cōtingit agere fortuna: alia autē necesse ē agere nobis. i. a nobis per artem: r que aguntur fortuna veniunt nobis p̄ artem: nam que fortuna acquirimus r sine p̄paratione adipiscimur: si haberemus illius artem r scientiā: multo magis adipisceremur illud. **C** Deinde cū dicit.

C Et si deterioribus: r minoribus: r imprudentioribus possibile: r contrarijs magis: que admodum r Socrates ait. Virum esse: si quid Enthimescides dicit: ipse autem non possit inuenire. De impossibilibus autē palam: qz ex contrarijs: que dicta sunt existunt.

C Ponit secundaz. Qz si aliquid est possibile deterioribus minoribus: r imprudentioribus: magis erit possibile p̄trarijs. i. erit possibile magis melioribus: r prudentioribus: que admodum Socrates dicebat: virum esse r mirabile: si Enthimescides vidit aliquid sapere: Socrates si possit inuenire illud. existimabat se Socrates multo melloz eo. Ad id qz determinatum est de possibilebus: palam est qd dicendum sit de possibilebus: qz dicēda de impossibili eis existunt manifesta ex contrarijs eozum: que dicta sunt.

S I autem factum: aut non factum est ex his consideranduz. Primum quidem enim si quidem minus fieri natum factum est vtiqz erit: r qz magis natum est.

C In parte ista docet nos p̄hs cognoscere quid factū: r qd non factum. Et tria facit: qz primo ponit consideraciones per quas cognoscimus quid factum. Secundo differētiā inter eas. Tertio ex dictis docet nos cognoscere quid non factum. Sc̄da ibi. (Sunt autem horum). Tertia ibi. (De eo autem quod est). **C** Circa primum ponit septem consideraciones. Sc̄da ibi. (Et si qd posterius). Tertia ibi. (Et si potuit). Quarta ibi. (Et si possibile). Quinta ibi. (Et si debeat fieri). Sexta ibi. (Et si facta sunt). Septima r vltima ibi. (Et si quecūqz posterius). Dicit ergo primo: qz si factum est aliquid: aut non factus ex his. i. ex dicendis est considerandum. Et primo videndum si factū est id: quod minus est aptū natū fieri: qz tunc vtiqz factum erit id: qd magis natū fieri. **C** Deinde cum dicit.

C Et si quod

Et si quod posterius consuevit fieri: factus est: et quod prius factum est: puta si oblitus est: et dicit aliquando hoc.

Ponit secundam considerationem. Quod si factum est quod consuevit fieri prius: puta si est oblitus aliqui illud. non enim possumus obliuisci nisi ea que prius scuerimus. **Deinde cum dicit.**

Et si potuit: et voluit egit. omnes enim potentes eius voluit agere. Impedimentum enim nullum adhuc si voluit: et nullum extrinsecorum prohibuit.

Ponit tertiam. Quod si aliquis potuit: et voluit aliquid: egit illud. nam omnes potentes: cum volunt agunt: si nullus sit impedimentum intrinsecum: et adhuc si sic voluit: quod nullum intrinsecorum impedimento prohibuit. opus enim quod volens et potens deberet: quod remoueat omne impedimentum tam intrinsecum quam extrinsecum. **Deinde cum dicit.**

Et si possibile: et ordiabat: poterat: et affectabat: ut enim in pluribus: que appetunt: si prout faciunt quidem prout propter incontinentiam: epiches autem: quod epichea desiderant.

Ponit quartam. Quod si aliquid est possibile: et ordinabat ut fieret: quod illud est factum: vel etiam si aliquis poterat: et affectabat aliquid: quod illud est factum. Nam ut in pluribus omnes homines: si possunt que appetunt: faciunt illa: sed aliter prout: aliter iusti: quod prout agunt que volunt: et possunt propter incontinentiam. epiches autem et iusti talia agunt: quod desiderant epichea. id est iusta. Differunt autem hec consideratio a prima: quod illa est necessaria: eo quod ibi ponatur remotio impedimento: hic autem est ut in pluribus. **Deinde cum dicit.**

Et si debeat fieri et facere. verisimile enim est qui futurus erat: et fecisse.

Ponit quintam. Quod si aliquid debeat fieri: vel aliquis debeat aliquid facere. verisimile est: quod illud sit factum: probabile enim est: cum: qui futurus erat aliquid facere: fecisse illud. **Deinde cum dicit.**

Et si facta sunt quecumque nata fuerunt ante illud aut gratia illi: puta si corruscauit: et tonuit: et si attentauit et fecit.

Ponit sextam considerationem. Quod si facta sunt omnia illa que nata fuerant fieri ante illud: aut gratia illius factum est idem: cuius gratia talia facta sunt. puta si corruscauit et tonuit: et si attentauit et fecit. **Deinde cum dicit.**

Et si quecumque posterius nata fuerant fieri: aut eius gratia sic facta sunt: et si quidem prius est: hoc factum est: puta si tonuit et corruscauit et si egit et attentauit.

Ponit septimam conuersam huius: quod si facta sunt quecumque nata fuerant fieri posterius: aut gratia huius sic facta sunt: necesse est esse factum ipsius prius: et e conuerso. si prius factum est aliquid: et hoc factum est: quod habet esse gratia illius: quod est prius: puta si tonuit et corruscauit. et si egit: attentauit: et e conuerso. **Deinde eius dicit.**

Sunt autem horum omnium hec quidem ex necessitate. hec autem ut in pluribus est habentia.

Dat differentiam inter dictas considerationes: que omnes dictorum quedam ex necessitate concludunt: quedam autem sunt habentia: ut in pluribus. **Deinde cum dicit.**

De eo autem quod est non factum esse: manifestum est ex contrariis horum: que dicta sunt.

Quod dedit ex habitis nos posse cognoscere quid non factus

dicitur: quod ex eo quod est non factum esse manifestum est: quod ex contrariis eorum quod dicta sunt cognoscitur. Si enim scimus ostendere aliquid factum esse: per oppositum possumus scire ostendere aliquid non esse factum. **Deinde cum dicit.**

Et de futuro quidem ex eis de palam. Quod enim in potestate: et voluntate est: erit: et que in affectu: et ira: et ratiocinatione cum in potestate sunt. Propter hoc si in exordio fieri: in primo vel in futuro erunt: ut enim in pluribus fiunt magis futura quam non.

Ponit considerationes ad cognoscendum aliquid esse factum. Et tria facit secundum quod tres considerationes ponit. Secunda ibi. (Et si perfecta.) Tertia ibi. (Et si quod gratia.) Dicitur ergo quod de futuro palam est ex eis de: quod ille eadem consideratio neaper quas cognoscimus aliquid esse factum: valet ad cognoscendum aliquid esse futurum. Nam sicut arguebamus quod est in potestate et voluntate esse factum: ita possumus arguere: quod illud erit: siue quod fiet: et que sunt in affectu: et ira et ratiocinatione: cum talia sunt in potestate fieri. Et inde est quod quicquid est in exordio fieri: et ordinatur: ut fiat in proximo: et futuro erit: quia ut in pluribus futura. id est ea que ordinantur: ut fiant magis fiunt quam non: potest enim esse quod futurus quis incedere non incedat: sed ut in pluribus futurus incedere incedit. **Notandum autem: quod refert aliquid in voluntate esse: et esse in affectu et ira: quia voluntas nominat appetitum intellectuum: affectus autem et ira: ut hic sumuntur: nominant sensitiuum appetitum: siue aliquid sit futurum: secundum appetitum sensitiuum: vel secundum intellectuum: semper probabiliter possumus arguere: quod fiet. **Deinde cum dicit.****

Et si perfecta sunt quecumque prius nata fuerant fieri: puta: si nubes desant: verisimile pluere.

Ponit secundam. Quod si perfecta sunt quecumque nata sunt fieri prius: probabile est quod fiet posterius. puta si nubes densantur: quod densatio nubium est preambulatio et dispositio ad pluuiam fieri: verisimile est pluere. **Deinde cum dicit.**

Et si quod gratia huius factum est: et hoc verisimile fore. puta: si fundamentum et domus.

Ponit tertiam considerationem. Quod si factum est: quod sit gratia huius: verisimile est fore fieri id: cuius gratia factum est. puta si factum est fundamentum: verisimile quod fiet domus. Differunt autem hec tres considerationes. quod prima respicit causam efficientem. Secunda vero respicit causam disponentem. Tertia autem respicit causam finalem. **Deinde cum dicit.**

De magnitudine et paritate negotiorum: et maiori et minori: et totaliter de magnis et paruis ex predictis a nobis est manifestum. Dictum est enim in deliberationibus de magnitudine bonorum: et de maiori simpliciter et minori.

Determinat de augmento: et de diminutione: que sunt communia omni negotio: appropriant tamen exclamatiuis. Circa hec autem duo facit: quia prout dicit de talibus fuisse dictum in primo libro in capitulo de deliberationibus: propter quod hic de eis nihil restat dicere. Secundo dat causas: et assignat que sufficiunt dicta in primo libro de maiori et minori: et non oportet hic ulterius dicere. Secunda ibi. (Quare quoniam secundum.) Dicit ergo: quod de magnitudine et paritate negotiorum: et de maiori et minori et totaliter de magno et paruo ex predictis a nobis. et ex his que dicta sunt in primo libro manifesta sunt. Dictum est enim de deliberationibus: de magnitudine bonorum et simpliciter de maiori et minori. **Notandum autem quod magnitudo simpliciter potest sumi. Prout respectu sui generis: et sic dicitur**

magnus homo: et in genere hominum est talis. Secundo dicitur magnum respectu alicuius rei specialia. et sic prius homo in genere hominum potest esse magnus respectu alicuius alterius hominis. Tertio modo sumitur magnitudo communiter ad ista. ideo dicendum quod est in primo libro habitum de magnitudine et paruitate: quia ibi dicitur est de magnitudine in genere: et etiam habitum est de maiori et minori quia ibi dicitur est de magno et paruo respectu alicuius rei specialis. Et est dicitur de magnis et paruis totaliter: quia ibi dicitur fuit de magnitudine et paruitate: ubi sumuntur communiter ad ista. Deinde cum dicit.

Quare secundum vnamquamque orationem propositus finis bonus est. puta conferens: honestus et iustum: qualiter illo sumendum argumentationes omnibus. Propter hoc autem inquirere de magnitudine simpliciter et eminentia est varie loqui: principaliora enim ad oportunitates vniuersalibus singularia rerum. De possibili quidem igitur et impossibili: et vtrum factum est: aut non factum est: et vtrum erit: aut non erit: adhuc autem de magnitudine et paruitate negotiorum dicta sunt hec.

Assignat rationem quare superfluum est dicere de magno et paruo: ultra id: quod est in primo libro dicens: quod secundum vnamquamque rationem rhetoricam propositus est finis bonus. puta conferens quantum ad deliberatiuum: et honestum quantum ad exclamatiuum: et iustum quantum ad iudiciale. Manifestum ergo esse potest qualiter sumendum est argumentationes omnibus de numero finium. Cum ergo dictum fuit de augmentatione et diminutione respectu cuiuslibet boni: inquirere de magnitudine: et de eminentia simpliciter est loqui vane: quia ad oportunitates singularia sunt principaliora vniuersalibus. Videtur enim velle philosophus: quod superuacuum est ad oportunitatem et utilitatem rhetoricam determinare de aliquo communiter: nisi sit illud notum secundum propria. Dubitaret tamen forte aliquis credens non esse verum quod dicitur: quia cum hoc determinat philosophus de persuasionibus communibus. Ideo notandum: quod omnia considerari possunt dupliciter: vel simpliciter: vel ut sunt applicabilia ad facta singularia: non spectat autem ad rhetores determinare de communibus simpliciter quocumque modo. sed determinat de eis ut sunt applicabilia ad facta singularia: quod quomodo fit in primo libro ostensus fuit. Cum ergo determinatum fuit supra de magno et paruo: secundum quod est applicabile ad fines rhetoricos: considerare de eo simpliciter ut non est applicabile superuacuum est. ideo non spectat ad rhetorem alia dicere de magno et paruo quam sunt in tractatu de deliberatiuis. Ultimo epilogat: quod de possibili et impossibili: et etiam vtrum aliquid sit factum: vel non factum et vtrum erit vel non erit quantum ad futurum: et adhuc de magnitudine et paruitate negotiorum dicta sunt hec: que diximus.



Reliquum autem est de persuasionibus omnibus dicere: quoniam quidem dictum est de proprijs. Communes autem persuasiones sunt due exemplum: et enthimema. Scia enim pars enthimematis est.

In parte ista philosophus determinat de persuasionibus communibus. Et duo facit: quia primo continuat se ad dicendum: et enumerat que sunt persuasiones communes. Secundo exequitur de intento. Secunda ibi. (Primo quidem igitur.) Dicit ergo:

quod quia dictum est de persuasionibus proprijs secundum quod spectat ad quolibet negotium rhetoricum: ut sufficienter demus artes persuadendi. Resiquus est dicere de persuasionibus. id est de persuasionibus communibus. Enumerat autem tales persuasiones dicens: quod persuasiones communes sunt due: exemplum et enthimema. Scia autem licet ad persuasionem pertineat: tamen quia est pars enthimematis: ut infra patebit: in enthimemate claudis: sicut pars reseruat in toto: propter quod sententia non facit tertium genus persuasionis aliud ab exemplo: et enthimemate. Deinde cum dicit.

Primo quidem igitur de exemplo dicamus. Simile enim inductioni exemplum: inductioni autem exemplum est.

Exequitur de intento. Et duo facit. quia exequitur de exemplo. Secundo de enthimematibus. Secunda ibi. (De sententiarum autem propositione.) Circa primum tria facit: quod primo describit quid est exemplum. Secundo diuidit ipsum. Tertio manifestat membra dicens. Secunda ibi. (Exemplorum autem.) Tertia ibi. (Est autem exemplum.) Dicit ergo: quod primo vult dicere de exemplo: et describit quid est exemplum dicens: quod est simile inductioni quod quomodo fit intelligendum in primo libro ostensum est. Deinde cum dicit.

Exemplorum autem species due sunt. Una quidem enim species exempli est dicere res prius gestas. Alia autem quod ipsi faciamus. Horum autem vnum quidem parabola. vnum autem fabule: vel lutesopice et lipice.

Diuidit exemplum dicens: quod due sunt species exemplorum. nam vna species est dicere gestas res. id est factas secundum quod ex factis prius arguimus quod per exempla. Alia species: quam per nos metipsums facimus: et componimus: et hec diuidit: quod vnum istorum dicit parabola. id est similitudo. Nam parabolice loqui est loqui similitudinarie: et probare aliquid per simile est probare illud per exempla. Vnum autem. id est aliud est sermo fabule lutesopice: quod lutesopus composuit fabulas: et lipice: que sunt aliud genus fabularum. Nos enim ipsi componere possumus tam fabulas quam parabolas. Deinde cum dicit.

Est autem exemplum quidem tale: quod quem admodum: si quis dicat: quod oportet circa reges preparari: et non sinere egyptum diripi.

Exequitur de membris diuisionis. Et duo facit: quod primo exequitur de eis absolute. Secundo de illis respectiue. Secunda ibi. (Sunt autem fabule.) Circa primum tria facit secundum quod exemplum tripliciter additur. nam primo exequitur de exemplo prout est res gesta. Secundo exequitur de parabola. Tertio exequitur de fabula. Secunda ibi. (Parabola autem socratica.) Tertia ibi. (Fabula autem qualis.) Circa primum duo facit: quia primo premitit quod debet ostendi per exemplum. Secundo adducit extra ad ostendendum illud. Secunda ibi. (Etenim prius Darius.) Dicit ergo: quod exemplus est tale: quem admodum si quis dicat: quod oportet contra preparari et non sinere egyptum diripi. id est non sinere destruere egyptum aut aliquam aliam propriam ciuitatem. Ista enim conclusio: que debet probari per exemplum. v. g. si non resistimus regi: ciuitas destruetur. Notandum autem: quod istud exemplum sit triplex. v. g. res gesta: et parabola: et fabula: tamen per antonomastias res gesta dicitur exemplum: quia fabula et parabola non habent rationes exempli: nisi in quantum infirmant et representant res gestas: vel in quantum a rebus gestis sumptulerunt originem. ideo cum sine additameto philosophus loquitur de exemplis: intelligendum est de rebus gestis. Deinde. etc.

Etenim prius Darius peruagatus est antequam egyptum

egyptū caperet. Quisq; aut cepisset peruagat⁹ est.
 ¶ Ostendit per exemplū qđ promiserat probandum. Et
 duo facit: s̄m qđ duo exempla adducit. Secunda ibi. (Et
 itez.) Dicit ergo: qđ Darius primus. idest Darius. qui p̄
 cessit istum regem venturū: non prius anteq̄ caperet egyp
 ptū: est peruagatus destruēdo z diripiēdo per egyptum
 sed cum recepisset peruagatus est: bonum est ergo resistē
 re venturo regi: ne egyptum capiat: z peruagetur destruē
 do ipsū. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et iterū Xerxes non prius diripuit anteq̄
 caperet. Cum autem cepisset peruagatus est.
 Quare z si ceperit peruagabitur: propter qđ
 non permittendum.

¶ Ponit secundū exemplū: qđ Xerxes nō prius anteq̄ ca
 peret ciuitatē est peruagatus destruendo ipsam: sed cū ce
 pisset peruagatus est: quare: si iste cepit peruagare: propter
 quod non est permittendū cadere ciuitatē nostrā. ¶ No
 tandū autem: qđ sicut adducta sunt exempla ad ostendē
 dum: qđ debemus resistere: ne ciuitas capiat: ita adduci
 possunt ad quālibz aliā cōmunē cōstitutionē. que diligēs
 orator ad cōez itentū p̄bādū diligēter ingrat. ¶ Dei. zc.

¶ Parabola est autēz socratica: puta si quis di
 cat: qđ non oportet sorte electos principari.

¶ Docet de parabola siue similitudine. nam p̄bare aliqd
 per simile est probare aliquid: quasi per exēplū. Duo aut
 facit: quia primo p̄mittit: quod debz probari per simile.
 Scđo adducit similitudines ad probandum illud. Scđa
 ibi. (Simile enī si quis.) Dicit ergo: qđ parabola autē ē so
 cratica. idest parabolam z similitudinē possumus cogno
 scere: si aduertimus dicta Socratis. Dicebat enī Socra
 tes: qđ non opz principari electos sorte. idest fortuitū: s̄z ele
 ctos arte. hoc autem probabat per parabolam z similitu
 dinem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Simile enīz si quis athletas sorte instituat: qđ
 non possunt decertare. sed quecūq; eueniant.

¶ Adducit parabolaz. Et duo facit: s̄m qđ duas parabolaz
 adducit. Scđa ibi. (Aut nauarū quoniam.) Est ergo pri
 ma parabola: qđ permittit principare electos sorte: s̄z nō
 arte. simile est ac si quis instituat athletas. i. milites: qui
 non possunt decertare z debelare: sed instituat eos sorte: z
 quecūq; eueniant. idest fortuitū: z qualitercūq; contin
 gat. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Aut nauarū aliquē: quē oz gubernare sorte
 fiat tanq̄ oporteat sorte tractū: sed nō scientē.

¶ Ponit secundā parabolam: qđ simile est permittit p̄
 cipari electos sorte: ac si sorte fiat. idest sorte aliqs eligat
 aliquem nauarū: quem oporteat gubernare nauēz tāq̄
 si oporteat: z deceat illum esse gubernatorem nauis: quez
 contingit sorte esse factum: z non oporteat scientē guber
 nare gubernatorem esse. ¶ Notandū autem: qđ sicut ad
 ducta est parabola ad ostendendum qđ principantes non
 debent eligi sorte: sic adduci potest ad quodlibz aliud ne
 gociū probandum. Has autem parabolaz diligens per
 orator inquirat. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Fabula autēz q̄lis: que Stesicori ad P̄balla
 ridē z Esopi de rectore populi.

¶ Determinat de fabula. Et duo facit: qđ primo dat inten
 tionem suam in vniuersali. Scđo specialiter exequit qđ
 promiserat. Scđa ibi. (Stesicorus quidez.) Dicit ergo: qđ
 fabula ē talis: qualis fuit illa: qđ fuit Stesicori ad P̄balla
 ridē. idest ad quendam imperatorem: qui sic vocabatur

P̄ballaris: siue P̄ballarius. Stesicorus enī p̄suasit p̄ quā
 dam fabulam cuidā populo: qđ non debent se subdere do
 minio imperatoris: z talis etiam fuit fabula Esopi de re
 ctore: p̄suasit quidem Esopus per quandā fabulam quib
 busdam gentibus: qđ non deberent occidere dominum: z
 rectorem suum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Stesicorus quidē enim eligētibz Adereis
 duce m exercitus imperatores P̄ballaridē: z
 daturis cautellaz corpis cū nimū differuisset.

¶ Determinat de dictis fabulis. Et duo facit: quia primo
 narrat fabulam Stesicori. Scđo narrat fabulam Esopi.
 Secunda ibi. (Esopus autem in Samo.) Circa p̄mus
 tria facit: quia p̄mo p̄mittit illud: p̄pter qđ fabula addu
 citur. Scđo ipsa fabula describitur. Tertio ad propositūz
 adaptatur. Scđa ibi. (Dixit eis fabulā.) Tercia ibi. (Ita
 autē z vos.) Dicit ergo qđ Stesicorus. idest ille conciona
 tor gentibus morantibz in Dereis. idest in illis partibus
 eligētibz imperatōrē P̄ballaridē: siue impatorē: qđ voca
 bat P̄ballarius: z ducem exercitus: z daturis dicto impe
 ratōri cautelam corpōis: cum dictus concionator multa
 dixisset: z ostendisset multis causis: qđ dictus populus nō
 deberet se subdere dominio imperatoris: z non deberent
 ei dare cautellaz corpōis: vt quādo cūq; imperator vel
 let posset corpōra eorum punire: vt dictus populus magis
 inclinaretur ad hoc faciendum: proposuit eis quandam
 fabulam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dixit eis fabulam q̄so equus obtinebat pra
 tum solus: adueniente autē ceruo: z corrupē
 te pascua: volēs punire ceruū interrogabat ho
 minem: quemadmodum si posset euz ipso pu
 nire ceruum. Ille autem ait. Si acceperit fre
 num: z ipse ascenderit super eum habens lan
 ceam. Cum consensisset autēz: z ascendisset p̄
 eo vt puniret: ipse seruiuit iam homini.

¶ Narrat dictam fabulam dicens: qđ quidā equus solus
 obtinebat pratum: superuenit quidam ceruus corrupē
 pasua equi. Indignatus equus voluit punire dictum cer
 uum: z accessit ad quendam hominem interrogans eum. si
 posset cum eo punire ceruum: ille respondit: qđ si equus
 acciperet frenū: z ipse homo ascenderet super eum ha
 bens lanceam in manu: qđ puniret ceruum. Cum autem
 equus consensisset: z homo ascendisset super euz: vt puni
 ret ceruū: equus seruiuit de cetero homini. Nam post vi
 ctōriam cerui: homo non dimisit equū liberum: sed captū
 per frenū duxit eū ipm ad stabulū. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ita autēz z vos ait: videte ne volētes aduer
 sarios punire: idem patiamini cum equo. Fre
 num quidē enim habetis iaz eligentes ducē
 exercitus imperatōrē. Si autem cautelā dede
 ritis z supgredi sineritis p̄uetis iā P̄ballaridē.

¶ Adaptat fabulam ad propositum dicens: ita z vos vide
 te. idest diligenter considerate: ne volētes aduersarios pu
 nire patiamini: qđ passus est equus. scilicet siue seruientes
 post impatorē: sicut equus seruiuit homini. ideo subditur
 postquam eligentes imperatorem esse ducem exercitus: eo ip
 so iam habetis frenū z capitruū in collo. Si ergo dede
 deritis cautelam corpōis faciendo imperatorem cautū:
 habendo de corpōibus nostris rectam: z firmā possessio
 nem: z sineritis dictum imperatorem gradū super vos: iā
 seruietis P̄ballaridē. idest eritis aliquid impatoris: qđ vo
 catur P̄ballarius: siue P̄ballaris.



Sopos autem in Samo populus alloquens cum indicaretur rector populū ad mortem ait.

In parte ista adducitur fabula Etopi. Et tria facit. nam primo proponit id: p quo fabula adducitur. Secōdo fabulā describit.

Tertio eaz adaptavit ad propositū. Scōda ibi. (Uulpē.) **T**ertia ibi. (Ita et vos viri.) Dicit ergo: q̄ Etopus in Samo: id est in partibus illis: cū duceretur rector populi ad mortē allocutus fuit populū: et ostēdit: q̄ nō debebat dñz et rectorem suū occidere adducēs ad ppositū ostendendo quandā fabulam. **D**einde cum dicit.

Aulpem transeuntem fluvium propulsam fuisse in lacunam: cū non posset exire multo tēpore affligebat: musce canine multe herēbāt ei. **E**rricius autē errās vt vidit ipsaz misus est: et interrogavitqz eā si auferat ab ipsa muscas caninas: auferre eū autem non permisit. **Q**uerēti autē ppter quid: dixit: quia iste quidē itz de me plene sunt: et modicam trahunt sanguinē. **S**i autem has abstuleris: alie venientes fame lice epotabunt inde reliquum sanguinem.

Narrat fabulam: q̄ quēdam vulpis transibat fluvium que impulsā fuit in quandā lacunā. **E**t cū non posset de illa lacuna exire. affligebat ibi existens multo tēpore: et multe muscē canine. i. multe sanguisugę: sine multe arū dine s vt hz alia littera adherēbant ei: cōsuetudo enī est q̄ in lacunas sunt multe sanguisugę. **L**uz autē sic affligere dicit vulpis: erricius errans casu vadens per viam illam vidit dictam vulpem: et miserens ei interrogavit eam: si vellet q̄ auferret ab ea muscas caninas adherētes sibi: illa autē nō permisit: quęstus erricius quare nollet. **R**espōdit vulpes iste sanguisugę iam saturatę sunt: et plene de meo sanguine: et modicū sanguinē trahūt. **S**i autē abstuleris: veniēt alie famelicę: et potabunt quicquid sanguinis remāsit tibi in corpore. **D**einde cum dicit.

Ita et vos viri Samij. iste q̄dez nihil amplius nocebit: diues enī ē. **S**i autē occideritis: alij veniēt paupes: q̄ vos absorbebūt reliq̄ furātes.

Adaptat fabulā ad propositū dicens. **O** vos viri qui habitatis Sami. **I**ste dñs vester: quez vultis occidere: nihil amplius nocebit vobis: diues enī est: et est satur de rebus vestris. **S**i autē occideritis ipsum: veniēt alij pauperes famelicī: qui absorbebūt reliqua v̄ra bōa. **D**einde cū dicit.

Sunt autē fabule concionales: et habent bonum hoc: quia negocia quidē inuenire similia facta difficile: fabulas autē facilius. **F**acere enī opz sicut et parabolas: sicut poterit simile videre: q̄ q̄dem videre facere est ex philosophia.

Determinat de exemplis per respectū ad alia. **E**t tria facit: quia p̄mo comparat fabulam ad parabolā. **S**cōdo comparat fabulam ad exemplum de enthimema. **S**cōda ibi. (Faciliora quidē igit.) **T**ertia ibi. (Opz at vt exēplis.) **D**icit ergo: q̄ fabule sunt concionales: sunt enī vtilēs: vt adducant in consilijs: habent enī hoc bonuz: q̄ negocia et gesta: siue facta inuenire similia in proposito est difficile: fabulas autē inuenire similes: et parabolas inuenire est facile. **E**st ergo hic cōparatio inter fabulā et parabolaz: q̄ vtrāqz est inuenire facile. **D**icit enī aliquid inuenire parabolas et fa

bulas: sicut poterit videre simile ad ppositum. hoc autē potē facere ex phia ex arte poetica: vel ex arte: vbi tradunt fabulę et parabola. **N**ā vt dicit in p̄mo metaphysicę amatoz: fabularū quodāmodo phs est. **D**einde cū dicit.

Faciliora quidē igitur acquirere ea: que per fabulas: vtiliora quidē ad p̄siliari que p negocia. **S**imilia enī vt in pluribus futura factis.

Comparat fabulam ad exemplū dicens: q̄ acquirere et probare ea: que volumus sunt faciliora talia probanda p fabulas: sed vtiliora sunt ad consiliari argumēta et personones: q̄ fiunt p negocia gesta. **N**ā gesta dicūt aliqd factū vt in plibus futura sunt similia factis. **D**einde cū dicit.

Oportet autem vt exemplis non habentem quidem enthimemata tanq̄ demonstrationibus: persuasio enī per hec. **H**ntē autē et tanq̄ testimonija post orationē vt enthimematibus.

Comparat exemplū ad enthimema. **E**t duo facit: quia primo p̄mittit quod intendit. **S**cōdo comparat quod dixerat. **S**cōda ibi. (Proposita quidem igit.) **D**icit ergo q̄ non habentē enthimema opz vt exēplis tanq̄ demonstrationibus. **N**am persuasio fit per hec: id est per exempla: ppter quod si nō habeamus enthimemata: exempla se habebunt q̄si demōstrationes et probationes. **H**abentē vero enthimemata opz vt exēplis tanq̄ testimonijs. **N**ā vt enthimematibus oportet adducere exēpla post orationem. **D**einde cum dicit.

Proposita quidem enim assimilantur inductionibus **R**betoricis aut non cōueniens inductione p̄ter q̄ in paucis.

Manifestat q̄ dixerat. et duo facit s̄m q̄ duo p̄miserat. **N**am primo ostendit: q̄ si habeamus enthimemata non debemus p̄mittere exempla. **S**cōdo ostendit q̄ debemus ea pponere. **S**cōda ibi. (Dicta autē possunt.) **D**icit ergo q̄ exempla p̄posita ante enthimemata assimilantur inductionibus. **E**st enī enthimema quidā syllogismus: exēplificare autē in aliquibus: et postea formare syllogiz est nihil aliud q̄ probare aliqd ppositū in syllo positū per inductionē. **R**betoricis autē non est cōueniens inductio p̄ter q̄ in paucis: est enī exemplū simpliciter: sed exempla: q̄ est inductio in paucis. **E**st enī exemplū quēdam defectiua inductio: s̄c̄ enthimema est quidā defectiua syllogiz. **D**eficit autē ab inductione: quia inductio fit in omnibus. **E**xēplum autē in vno: vel in paucis. **S**i ergo rhetor non debz vt in inductione: sed exemplo: q̄z exempla p̄posita enthimematibus habeant rationē inductionis: non debet p̄ponere exempla enthimematibus. **D**einde cum dicit.

Dicta autem post assimilatur testimonijs: testis autē vbiqz persuasivus: ppter qd et p̄ponenti quidem necesse multa dicere: dicenti autē post: vnde sufficiens testis est: credibilis etiam vnus oportunus. **Q**uidē igit spēs exēplorum: et qualiter ipsis: et q̄n vtendū dicendūz.

Ostendit q̄ debet p̄ponere ipsa exempla enthimematibus dicens: q̄ exempla dicta post enthimemata assimilantur testimonijs. **T**estisqz vbiqz: id est vniter facti in rhetorica est persuasivus. **E**t inde est q̄ si p̄ponimus exēpla enthimematibus: opz nos multa exempla dicere. **N**ā inductio fit in multis individuis: vel etiam in omnibus: et sic ordinata exempla habent rationē inductionis: sed si dicimus exempla post: sufficit dicere vnum soluz: qz sic ordinatum exemplum habet rationē testimonij: nihil enī est ad formare

ad formare prius rationem: et entimemata: et postea adducere exemplum inducendo aliquam rem gestam que confirmare per testem: quod per rationem probauimus. Est enim res gesta sic ordinata. Quidam est testis affirmans nostrum propositum. Testis autem optimus etiam si sit vnus: est aliquo modo credibilis: et quandam persuasionem aggenerat. ¶ Ultio epilogat quot sunt species exemplorum: et qualiter ipsis exemplis est utendum: et quando dictum est.



Sententiarum autem propositio dico quid est sententia maxime fiet manifestum de quolibet: que: et quando: et quibus congruit vti sententis in orationibus.

¶ Postquam determinauit prius de exemplis in parte ista determinat de entimematibus. Et duo facit: quia primo determinat de entimematibus in se: et quantum ad suas partes: et quantum ad sua principia: in quo instruit opponentem et arguentem. Secundo docet soluere argutiones factas: et entimemata proposita: in quo docet ipsi ridentem et opponentem spectat ad dialecticam versus iter ridentem et opponentem spectat ad dialecticam versus instruere: sic rhetorica versus inter arguentem et respondentem: et spectat ad rhetorem versus instruere: propter quod non solum rhetor debet docere qualiter sit utendum entimematibus: sed etiam debet doctrinam tradere qualiter sunt soluenda entimemata proposita. Secunda pars ibi. (De solutione autem habituum.) Circa primum duo facit. Nam primo determinat de entimematibus versus. Secundo de apparentibus. Nam sicut est dare obligatas in syllogismis dialecticis: sic est dare obligatas in entimematibus rhetoricis. Secunda pars ibi. (Quoniam autem contingit.) Prima pars diuiditur in partes tres. Nam entimema tripliciter potest considerari. Primo secundum suas partes: et sic premissa et conclusiones: que sunt partes eius: pertinent ad entimemata. Unde quia sicut: ut in prelo sequendo patebit: sunt premissa: aut conclusiones entimematium: sunt partes entimematis: et determinare de sententiis: est determinare de entimemate quantum ad suas partes. Secundo modo potest considerari entimema secundum se. Tertio modo potest considerari secundum sua principia secundum quod loci sunt principia et elementa entimematium. Primo ergo determinat prius de ipsis sententiis: sive de entimemate secundum suas partes. Secundo determinat de entimematibus versus se. Tertio determinat de locis: sive determinat de entimemate quantum ad sua principia. Secunda pars ibi. (De entimematibus.) Tertia pars ibi. (Quoniam autem entimemata.) Circa primum duo facit: quia primo premitit intentionem suam. Secundo exequitur de intento. Secunda pars ibi. (Est autem intentio.) Dicit ergo quod est sententia: manifestum est de propositione sententiarum: de quibus re: que: et quando: et quibus congruit vti sententiis in orationibus. Id est cum orant et persuadent. Non enim spectat ad quaslibet orationem vti sententiis: nec in oratione cuiuslibet est sententia ponenda. ¶ Ad intelligentiam autem dictorum et dicendorum notandum: quod sententia in agibilibus se habet quasi diffinitio in speculabilibus. Nam sicut diffinitio diffinit ipsum diffinitum: sic sententia terminat et diffinit ipsum agibile. Unde et communiter inoleuit: quod quando aliquid est sententiarum: dicitur illud esse diffinitum. Nam sententia quedam diffinitio est. Id est etiam quod facta aliorum disponentes et sententiarum quid fieri debeat: diffinitores appellat. Quod ergo sententia se tenet ex parte agibilium: sic diffinitio ex parte speculabilium: cum in speculabilibus utamur syllogismo tanquam proprio instructo. In agibilibus autem et persuasibilibus utamur entimemate: quia dialectica magis descendit in artes speculativas: rhetori-

ca vero in politicam: et negociatio circa mores sicut comparabitur sententia ad entimemata: sic diffinitio ad syllogismum. Sicut ergo in primo posteriori distinguitur triplex diffinitio: quod diffinitio est principium syllogismi demonstratiui: ut diffinitio formalis: quedam vero est e conuerso: ut materia: quedam vero est tota demonstratio differens positione ut diffinitio complectens utrumque: sic etiam posset distingui triplex sententia quia quedam sententia est principium entimematis: quedam vero est conclusio: quedam vero est totum entimema positioe differens nam cum preponit aliqua sententia dubia: et habet causam: illa est conclusio entimematis. Si vero proponat sententia: que sit causa illius: illa erit principium entimematis. Si autem ambe ille sententia coniunguntur: et fiat vna sententia utraque conuertens: talis sententia erit totum entimema positioe differens. Nam tota virtus entimematis reseruari in tali sententia. Differet tamen talis sententia ab entimemate positioe et ordine: quod non erit ordinata ad modum entimematis. ¶ Deinde cum dicitur. ¶ Est autem sententia enunciatio non de singularibus: neque de omnibus vltimis. puta qualis quis Socrates: sed de vniuersalibus: puta quod rectus curuo contrarius: sed de quibuscumque actiones et eligenda: aut fugienda sunt ad operari.

¶ Exequitur de intento: et duo facit: quia primo diffinit quod est sententia. Secundo ex diffinitione data: manifestat quod proposuerat. Secunda pars ibi. (Quare quoniam entimemata.) Dicit ergo: quod sententia est enunciatio non de singularibus: puta qualis est: quod est Socrates: et Callias: sed de vltimis. Et huius enunciatio non est de omnibus vltimis. puta quod rectus Socrates: quia talia magis pertinent ad speculationem: sed est de his: de quibus sunt actiones: ut de his: que sunt eligenda: aut fugienda ad operari: quasi dicat sententia est vniuersalis enunciatio de agibilibus. ¶ Deinde cum dicitur.

¶ Quare quoniam entimemata sunt: quoniam de talibus syllogismus fere conclusiones entimematium: et principia allato syllogismo sunt sententie.

¶ Manifestat que proposuerat: et tria facit: quia primo ostendit quales sunt sententie: et que que sunt partes entimematium. Secundo manifestat quibus hominibus competit vti. Tertio declarat quoniam est utendum sententiis. Secunda pars ibi. (Congruunt autem sententie.) Tertia pars ibi. (Vniuersaliter autem maxime.) Circa primum duo facit: quia primo ostendit quomodo se habent sententie ad entimemata. Secundo assignat quot sunt species sententiarum. Secunda pars ibi. (Si itaque est sententia.) Circa primum duo facit: quia primo premitit quod intendit. Secundo manifestat quod dixerat per entimema. Secunda pars ibi. (Putat opus non quoniam.) Dicit ergo: quod que entimemata sunt syllogismi de talibus: id est de agibilibus: et de his: que sunt circa mores sicut: que sunt enunciationes de huiusmodi agibilibus fere sunt conclusiones entimematium: vel principia syllogismo allato. Dicit autem fere quod sententie non semper sunt principia entimematis: tamen: vel etiam conclusiones: sed aliqui sunt totum entimema: vel huiusmodi fere: ideo appositum est: quod si est in syllogismo: quedam principia secundum substantiam ingrediuntur syllogismum demonstratiuum: quedam vero secundum virtutem solum: ut communes animi conceptiones: sic etiam dicere possumus in sententiis: quod quedam ingrediuntur entimema secundum substantiam: quedam vero secundum virtutem solum. Ingressa autem secundum virtutem tantum non sunt partes entimematis: nec enim sunt premissa: neque conclusiones. Accipiendo ergo principia entimematis pro ipsa premissa tales sententie nec sunt principia: neque conclusio entimematis. Dicit et allato syllogismo quia huiusmodi sententie quantumcumque contineant rationem entimematis: auferuntur tamen ibi syllogismi: quod non est ibi ordo syllogisticus debitus. ¶ Deinde cum dicitur.

C Putas os non qñ qui itegre sapit vir aptus natus est pueros superflue edoctos esse sapientes. Hec quidez igitur sententia: apposita enim causa: et eo qd ppter qd enthimemata est ipsorum. puta seorsum enim aliud habentes oculi a ciuibus inuidia inueniunt infinita: et hoc sicut est vir: qui in omnibus felicitetur.

Exemplificat de hmoi sententys. Et duo facit fm qd dupliciter exemplificat. Scda ibi. (Et hoc non est viroz.) Dicit ergo: qd sententia est ista. puta opz vir: qui qñ itegre sapit: non est aptus natus ciuibus: et nescit se intromittere de factis politicia: putas nec ppter hoc pueros edoctos superflue sapientes esse: quasi dicat non debet littera legi suspensue: non enim fm scientes sunt apti nati ciuibus ppter hoc pueri superflue docent. Igit ista sententia est enthimematis: sed apposita causa et dicto eo: ppter quod erit enthimema totu differens situ et positione. Causa aut predicta sententie est qd hoies aliqd habentes oculum inueniunt a ciuibus: id est respectu ciuim inimica inuidia. nam non inuidantes studio: et vacantes circa alia contingit clues inuidere eis: et ipsos inuidere aly ciuibus: sed si dant hoies opera sapiet: vitat inuidia et inimicitia. Est ergo vna sententia: qd non est superfluum sapere: et hec est conclusio enthimematis. Alia sententia qd per sapiam vitatur inimica inuidia: et hoc est pncipiū. si autem totum coniungat erit totu et enthimema positione differens. **D**einde cu dicit.

Et hic non est viroz qui sit liber sententia cum habito: aut enthimema quoddaz: aut pecciarum seruus est: aut fortune.

Ponit aliud exemplū. v3. qd ista est vna sententia: quia non est vir: qui oibus felicitet: et non est aliquis de numero viroz qui sit liber. Tales autē sententie sunt conclusio enthimematis: sed si sunt habito: siue cum habita sententia causa et ratio erit enthimema quoddā. id est totū. Causa aut quare nullus est liber: et nullus oino felicitat est: quia vel est seruus pecuniarū: si sit diues: vel est seruus fortunę: si sit infortunatus et pauper. Si ergo hoc totū coniungat: et dicatur: qd nullus est oino liber: nullus est oino felix: qz quislibz: vel est seruus pecunię: vel fortunę: erit totus enthimema positione differens.



S itaqz est sententia qd dictū est: necesse quattuor spēs esse sententie.

In parte ista ostendit p̄s: quot sūt species sententie. Et duo facit: qz pmo dicit qd tuor eē spēs s̄ie. Secūdo māifestat illas quattuor spēs. Scda ibi. (Aut enī cū postlocutionem.) Dicit ergo: qd si s̄ia est enunciatio vniuersa liter de agendis fm qd prius dictum est: necesse est esse q̄ tuor species sententie. **D**einde cum dicit.

Aut enim cum postlocutionem erit: aut sine postlocutione. Declaratione quidē indigētes sunt. Quęcūqz inopinatus aliquid dicunt: aut dubium. Quęcūqz autem nihil opinatus sine postlocutione.

Ostendit que sunt iste quattuor spēs. Ad cuius euidētia notandū: qd sententia prima facile diuiditur in duas spēs. nam quędam indiget postlocutione. quędā vero qd de se manifesta est postlocutione non indiget: quelibet tamen istarū specierū cōtinēt sub se duas spēs: tam enī sententia indigens postlocutione q̄ non indigens dupl̄ dicim: pp

quod in vniuerso sententie simplr dicte sūt quattuor spēs.

Et notandū: qd p̄r sententia dupl̄ diuidi. Primo per cōparationē ad enthimema: cuius potest esse ps: et sic diuiditur sententia tripl̄: qz quędam est enthimematis p̄ncipiū: quędā vero conclusio quędam aut est totum enthimema positione differens. Et ista diuisio potest haberi ex habitis. Scdo modo diuiditur sententia per cōparationē ad diuersas species eius: et sic diuidit̄ in quattuor species: sed qd due sententie indigent postlocutione. due aut non. Et fm hunc modū determinat de sententia in hac parte: circa qd duo facit: qz pmo ostendit aliquā sententiam idigere postlocutione: aliam vero nō. Scdo docet de vtraqz tali sententia diuidēs quālibz in duas spēs. Scda ibi. (Daru autē necesse.) Dicit ergo: qd sententia aut erit cum postlocutione: alia littera h3: aut erit cum p̄missione sermonis: et in idem redit. Nam ois sententia: vel est dubia: vel est certa: si est dubia: indiget declaratione: et huius declaratio potest p̄poni sententie: et tunc erit p̄missio sermonis: vel potest postponi: et tunc erit postlocutio: ideo subdit: qd sententie indigentes declaratione sunt ille: que dicunt aliqd inopinatum vel aliqd dubiu: et tales egent postlocutione: aut p̄missione sermonis: quęcūqz aut nihil inopinatum dicunt: sunt proferentes sine postlocutione: siue sine p̄missione sermonis: vt habz alia s̄ra. **D**einde cum dicit.

Harum autem due spēs. has quidē: quia p̄cognite sunt nihil indigere postlocutione: puta v̄tro aut sanū quidē eē optimū est: vt nobis videtur. videtur quidē enī multis ita. Has aut simul dictas manifestas esse attendētibz. v̄tra nullus amator: qui non semper amat.

Duidit taz sententias non indigentes postlocutione q̄ indigentes. Et duo facit: quia primo facit qd dictum est. Scdo specialr determinat de sententys dubys. Scda ibi. (De dubys quidē enī.) Circa p̄mū tria facit: quia primo ostendit duas esse species sententie non indigētes postlocutione. Scdo ostendit etiam esse duas species indigētes postlocutione. Tertio cōcludit manifestum esse ex dictis quot sunt spēs sententie: quia quattuor. Scda ibi. (Eozz aut que tamē.) Dicit ergo: qd harū. scz sententiarū nō idigētū postlocutione due sunt species. nam has. i. quāsdā sententias dicimus nihil indigere postlocutione: qz p̄cognite sunt: vt quia omnibus vident tales: puta optimū esse viro esse sanū: vt videt nobis. nā multis imo fere oibus ita videt. v3. qd sanū esse sit quid optimū. Has autēz id est als s̄ias dicimus non indigere declaratione: qz contingit eas: vel dictas simul manifestas esse attendētibz. Et his qui volunt intendere circa illas. puta nullus amator: qui non semper amat. id est qui non semp p̄ponit amare. Est enī de ratione veri amoris: qd sit firmitas in p̄posito: vel sicut alia littera habet: nullus desiderans: qui non amat: qz de ratione desidery est: qd p̄supponat amorem: differunt autē de due sententie: quia p̄ma: vt qd sanitas sit quid optimū: non indiget declaratione p̄pter nos: quia ex desiderio: quod habemus ad sanitatē: videt nobis esse verum qd dicitur. Scda vero: vt quia desiderans amet: non indigeat declaratione: quia sumis ratio ex parte ipsius rei. **I**tem notandū: qd sententie non indigentes postlocutione sunt quasi per se notę: vt quia quoddam est notum omnibus: quoddam sapientibus: ideo sunt duo genera talium sententiarū. Prima enī sententia de sanitate potest referri ad per se notum oibus. Scda vero de amore ad p̄ se notum sapientibus. **D**einde cu dicit.

Earuz autem: que cum postlocutione. Hec quidem

quidem entbimematis sunt: puta opz nō quādo integre sapit. Hec autēz entbimemate qdē entbimematis aut pars. Que quidem z maxime approbantur.

Ostendit quot sunt sententię cum postlocutiōe. Et duo facit: quia primo ostendit duas esse tales snias. Scdo specialr determinat de altero membro. Scda ibi. (Sunt at hęc.) Dicit ergo: qd sententiarū cum postlocutiōe due sūt spēs: quia quedam sententiarū entbimematis: aut pars: quedam vero est totum entbimema positione differens: entbimematis aut pars est sententia: puta qd non integre sapit: qui sapit quādo. id est qui sapit nuper. Unde alia littera habet qd nunq̄. id est cōuenit eē quis nuper sapiens: sapientia. n. z prudentia acquiri per longū tempus: z longā experientiam: non autem acquiri nuper: nec statiz qñ vult homo sed hęc. id est alię sententię non sunt entbimematis pars: sed sunt entbimematis: quia sunt totū entbimema: z tales snię maxime approbantur. **D**einde cum dicit.

Sunt autem hec: z in quibus exprimitur dicit causa: velut in hac. Immortalē iram ne serues mortalis existens. Dicere quidez enī non opz seruare iraz: sentētia est. Quod aut apponitur mortalem existentē ppter quid. Similr autem z mortalia oportet mortalitatem non immortalia sapere.

Ostendit que sunt tales snię dicens: qd hęc sunt ille snię in quibus exprimit dicit causa: velut apparet in hac fmo ne. Immortalē irā ne serues mortalis existēs. Dicere qdē qd non oportet seruare irā immortalē: est snia: qz est entbimematis cōclusio: sed qd apponitur mortale existentē dicit: ppter qd: z est snia entbimematis pncipiū: totū vero cōsunctū est totum entbimema situ differens. Sitr autem est hęc snia: mortalia opz mortalē non immortalē mortalia sapere. Qz aut dicit oz mortalē mortalia. scz sapere: est entbimematis cōclusio: qd vero subditur: qd nō opz mortalia sapere immortalē: qd mortalis non debz se erigere: z attingere immortalia: est entbimematis pncipiū. Est enī modus loquēdis: qñ aliqd participat z attingit aliquid: dicitur sapere illud sicut mediū sapit: nām extremozū: put in medio aliquo modo referuāt extrema: sicut immortalia sapiunt immortalē: si se erigūt ad ea: que immortalibus competunt. Vel etiaz ex hoc mortales vident inuidere immortalibus: si conant ad sciendū immortalia. Causa vō qre mortalē non decēt immortalia: qz non debz se erigere mortalis ad ea: cuz non sapiat nām immortalū: nec participat immortalitate cū ipsa. differunt p̄dicere due sentētie. Nam qñlibet pōt dici cum postlocutione aliter z aliter. nam sententia: que ē entbimematis ps: est cū postlocutiōe rōne dependētię: qz postlocutione indiget. Snia vero: que est totus entbimema est cū postlocutione actu: qz actu ei additur cum z postlocutione. **D**einde cum dicit.

Manifestus igitur ex dictis quot species sententię: z circa quale vnaqueqz congruit.

Cōcludit manifestū esse ex dictis quot sunt spēs snię: qz quattuor: z manifestū est etiam circa quale conuenit esse vnaqueqz sententia. **D**einde cū dicit.

De dubijs quidem enim: aut inopinatis nō sine priuatione: sed aut premissa postlocutiōe sententia vti: vt conclusiōe: velut si quis dicat ego quidem igitur: qm̄ neqz inuidiā pati opoz

teat: neqz ociosum esse. Non dico opz erudiri: aut hoc prius dicentes post dicere q̄ anterius.

Determinat de dubijs sentētijs specialr: dubiū aut pōt esse aliquid duplr. primo si est inopinatu: z indigēs determinatione z causa. Scdo si est immanifestū: z indiget expositione. Duo ergo facit. Naz pmo determinat de sentētijs dubijs: quia sunt inopinatę qd contingit cuz ipsa: vt ē ignota. Scdo determinat de sentētijs dubijs: quia sunt immanifestę qd contingit cum res non est ignota: sed verba per que profertur dicta snia sunt obscura: z indigent expositione. Et qz non pōt in plibus modis consurgere dubitatio: nisi ex parte rei: vel ex parte sermonis due sunt spēs sniarū dubiarū. Scda ibi. (De dubijs autem: que non sunt.) Dicit qd de dubijs sentētijs z inopinatis: z de sentētijs q̄ sūt dubię: quia sunt inopinatę. qz nō est nota ipsa res: de talibus non est loquendū sine postlocutione: sed aut pmissa postlocutione. id est declaratione. Accipit enī hic postlocutio pro omni declaratione: debemus vti sententia quasi conclusiōe: velut si quis dicat: ego qdē igitur dico: qm̄ nō opz inuidiam pati: non opz ociosum esse: dico. i. addo: non opz. i. non opz erudiri: vel vt bz alia littera: non opus esset doceri. Declaratio ergo qre non est. i. doceri superflū est quia per sapiam z doctrinā homo non est ociosus: z nō finet inuidiā: quia sapiens non inuidet alijs: z scit se sic regere: qd aly non habent causam inuidendi. igit ordinādo sic sermones fm ordinē pretactū: prius p̄mittitur declaratio: z postea sequitur sentētia. pōt etia fieri ecōuerso qz prius diceretur snia: z post dicerent: que dicta sunt anterius: vt declaratio. **D**einde cum dicit.

De his autem: que nō inopinata: immanifeste autē apposita ppter quid evidentissimū. Congruūt autē in talibus z latonica dicta z enigmatica: puta si quis dicat qd quidez Sthescorus in Locris dixit: qd non opz cōtumellosos esse quatenus non cicade de subtrus cantant.

Determinat de alia specie sententiarū dubiarū dicens: de his. i. de alijs sentētijs dubijs: que non sunt dubię: qz sunt inopinatę: vt quia ignoretur ipsa res: sed sunt tales: qz sunt manifestę: qz sunt obscura verba. In talibus autem apposito: ppter quid. i. addita causa: fiet elucētissimū quod dicitur. nam causa addita elucidat sermonē obscurū. Addit autē: qd in talibus sermonibus cōgruit. i. concurrunt dicta latonica. i. enigmatica. Unde alia littera habz hūc modū sermonū paradigma z enigmatica. Naz fmo nec ficticy z parabolici ex ipso modo loquendi sunt dubij quantūcūqz contineant rem certam. puta si quis dicat: qd Sthescorus quidem in Locris. i. in illis partib⁹ dixit: qd non opz cōtumellosos esse quatenus cicadę non cantant de subtrus. i. patientes iniurijs non murmurent de nobis. cicadas autem cantare de subtrus est verbum enigmati cum qd declarat ex eo qd additur non: qd nō oportet contumellosos esse. **D**einde cū dicit.

Congruūt autem sententias loqui etate seniore. **D**e his autē: de quibus expertus quis est.

At hoc quidez non tantū existentē sententias loqui indecens: sicut z michologizare.

Ostendit quibus congruit sententias loqui. Et duo facit: quia primo facit qd dictum est. Scdo ex hoc ostendit: quibus non congruit loqui sententias. Scda ibi. (De quibus autem in expertus.) Dicit ergo: qd loqui sententias p̄gruit seniore etate: z potissime debz quis loqui sentētijs de eis: de quibus est expertus: quia non est tantū indecēs micho

Rheto.

logicare. id est loqui fabulas: vel fabulari: vt habz alia ista personas enim reuerendas: z expertas non est indecēs loqui sententias: sed fabulas. ¶ Deinde cum dicit.

De quibus autem in expertus: stultum z in eruditum. Signum autē sufficiens. Rurales autē maxime sententiarū formatiui: z de facili enunciant: vniuersali autem non existente.

¶ Ostendit de quibus non debemus loqui sententias: z quibus non competit talia loqui. Nam loqui istas de his: de quibus est in expertus: est quid stultū z in eruditū. Huius autem sufficiens signū est: quod rurales de ciuilibus in experti ad pauca respicientes facile enunciant: tales enim sunt sententiarū formatiui: z non existente aliquo vniuersali de facili ipsum vniuersaliter enunciat.



Libiter maxime dicere congruit in lamentatione infortunij: z in aduersitate: z in his aut inchoatē: aut cum demonstrauerit.

¶ In parte ista ostendit p̄s quādo vtile est vti sententis. Et tria facit: quia primo facit quod dictum est. Secūdo ex hoc ostendit quibus sententis debeat vti: quod diuulgatis z cōmunibus. Tertio manifestat quō talibus sententis possumus cōtradicere. Secūda ibi. (Vti aut oportet z diuulgatis.) Tertia ibi. (Oportet autē sententias dicere.) Dicit ergo: quod maxime vtiliter cōgruit dicere sententias in lamentatione infortunij: z in aduersitate. z in his opz aliqñ dicere sententias: aut inchoatē: aut quod prius dicat iniam: z postea subdat declarationem z causam: aut cū demonstrauerit. i. cum declarationē z demonstrationem p̄misert in ferat sententiam in conuersione. ¶ Deinde cum dicit.

Tri autem oportet z diuulgatis z communibus sententis: si sint vtilles. Quia enim sunt communes tanq̄ consentibus omnibus recte habere videntur.

¶ Quia dixerat vtendū esse sententis z infortunis: ostendit quibus sententis est vtendū. Et duo facit: quia primo dicit esse vtendū sententis cōmunibus. Secūdo ostendit quod sunt tales sententię. Secūda ibi. (Velut aduocati super periclitari.) Dicit ergo: quod opz vti sententis diuulgatis: z cōib⁹ si huius sententię sunt vtilles: quod sententię cōmunes vident se habere tanq̄ consentibus omnibus. ¶ Notandum autē: quod potissime infortunis talibus sententis debem⁹ vti. Nam homines p̄tristitia grauati nō nisi dicta cōmunia mente percipiunt. ¶ Deinde cum dicit.

Velut aduocati super periclitari z eos qui nō imolauerunt mos agitur optimus decertari p̄ patria. Et super hoc quod vocat iniores ex̄ites amic⁹ debellator: z ad perimendū inimicorūz plem: z se nihil iniustū facientem: nā puer quod patrē perimit: z pueros derelinquit. Adhuc quedā puer bitorum etiam sententię sunt: velut prouerbiuz Atheniensis rusticus.

¶ Ostendit quē tales sunt sententię. nam bulus ista est: quod nos dicimus eos esse reprehensibiles: vtuperandos: qui sunt aduocati super periclitari: z non imolauerunt. i. nō obtulerunt. i. nō fuerunt offerentes: sicut sonat alia littera ad auxiliandū periclitantibus: z potissime: si erant compatriotē eorū: quod vnus optimus mos: z vna optima consuetudo

Liber

agitur decertari. scz pro patria: est enim cōmune dictum: quod quia decertandū est pro patria: z pro compatriotis: cuius aduocantur aliqui super periclitari aliquoz: qui sunt eiusdem patrię: debent eis auxiliari. Sic etiam vltra hoc: z super hoc: quod dictum est: communis sententiā est: quod ille est debellator amicus. id est debellator fidelis: qui vocat iniores existentes. id est paruulos pueros: z est pronus ad perimendum prolem inimicorū: z in hoc reputat se nihil iniustum facientem. nam puer est. id est stultus est: qui perimit patres: z derelinquit pueros. id est filios: quia filij potest occidant eum. Adhuc etiam sunt cōmunes sententię quedam: sicut prouerbium istud: Atheniensis rusticus: cōsuetudo enim est: quod burgeneses libenter defraudant scientes z clericos: Athēis vbi vigeat studiū: ciues effecti erāt rustici: quod forte duplici de causa contingebat. Primo quia conuersabantur cum extraneis: ad quos non tanta curialitas ostenditur. Secundo quia videretur laicis optimum eē nullas curialitatem exercere erga clericos: quia ex hoc iudicant se cōles clericis: quia ab eis non decipiuntur: z ideo forte inoleuit prouerbium Atheniensis. ergo rusticus. ¶ Deinde cum dicit.

Oportet autē sententias dicere: z diuulgata: putat: cognosce teipsum: z nihil valde.

¶ Ostendit quomodo possumus contradicere sententis diuulgatis. Et duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo assignat causam quare auditores fidem adhibent talibus sententis. Secūda ibi. (Adhuc autem orationes.) Circa primum duo facit: quia primum dicit oīa diuulgata esse quasdam sententias. Secūdo ostendit quomodo talibus contradicere possumus. Secūda ibi. (Cū aut mos appere.) Dicit ergo: quod oportet nos docere. id est contendere omnia diuulgata esse sententias. Quidam textus habent p̄ter diuulgata: sed est corrupta littera: vt patet ex alia translatione: vbi habetur: quod oportet proferre dicere oīa pmulgata publicata. Exponit autē huius diuulgata: quę sunt sententię: cum ait: dico autem diuulgata: puta cognosce teipsum: hęc enim est vna sententiā: z nihil valde: hęc est alia. de nullo enim debemus facere valde: z vltra modum. ¶ Deinde cum dicit.

Cum autem mos apparere debeat melior: aut quod passiuē dictum est. Est autē passiuē quidem. puta siquidē iratus dicat falsus esse: quod oportet cognoscere seipsum. Iste enim si cognosceret seipsum nunq̄ militare vellet: mos autem melior.

¶ Ostendit quomodo possumus sententis contradicere. Et duo facit: quia primo docet nos contradicere ei quod dicitur: cognosce teipsum. Secundo ei quod subditur: nihil valde. Secūda ibi. (Quis non oportet.) Dicit ergo: quod si debet apparere mos melior contradicendo sententis diuulgatis debemus hoc facere. z debemus hoc ostendere: quod nostrum dictum est dictum passiuē. id est ex passione: quia quę sic proferuntur: vidētur magis manifesta: quia passionati detenti passionibus non nisi aperta cognoscunt: ideo subdit: quod passiuē dictus est: siquis iratus ex passione dicat falsum esse: quod oportet hominem seipsum cognoscere: quia si ipse isto demonstrato aliquo modo seipsum cognosceret: nunq̄ vellet militare. falsa est ergo illa sententiā: quia dicitur cognoscere seipsum: quod melior mos est militare q̄ non: p̄ter quod dicte sententię possumus contradicere. ¶ Deinde cum dicit.

Quia non oportet: vt aiunt: amare tanq̄ odium

turum: sed magis odire tanquam amatur. Oportet autem cum ipso dicere voluntatem manifestare. Si autem non causas post dicere: puta aut sic dicentem: quia opus amare non sicut aiunt: sed ut semper amatur. Insiadatoris. n. alterum.

CDocet nos contradicere alteri sententię. s. ei quod dicitur nihil valde. Et duo facit. s. quod dupliciter hoc docet. Secunda ibi. (Aut ita non placet.) **C**Dicit ergo: quod non opus ut aiunt amare tanquam oditurum: sed magis odire tanquam amaturum. Falsa est ergo illa sententia: qua dicitur: nihil valde: quia si non oportet valde odire: oportet tamen valde amare. Ad id autem: quod opus hoc quod dictum est dicere et manifestare voluntatem nostram: quia non debemus negare hoc quod dicitur: nisi valde: nisi hoc prius permittamus: declarationem et causam debemus dicere: post talem causam et delectationem: puta si contingat aliquem esse dicentem: quod oportet amare: non sic dicunt. i. non quod nihil valde amemus. sed oportet hominem amare valde: et sicut semper amatur: et hoc dicto post fundare rationem et causam: quia alterus est insidiatoris. Insiadatores. n. et proditores amant ut oditur: semper. n. vel est permittenda causa: vel delectatio: antequam sententialiter proferamus aliquid: vel est postponenda: si illud iniatum sit dubium. **C**Deinde cum dicit.

CAut ita non placet enim mihi quod dicitur. oportet enim verum amicum tanquam amaturum semper amare: et neque quod nihil valde: opus enim malos valde odire.

CDat alium modum contradicendi. Diceret forte aliquis mihi non dicitur: versus: negamus dictam sententiam: nihil valde ratione amoris: quia est valde amandum: et non ratione odii: quod sit valde odendum: sed utrumque est faciendum valde. Et utroque modo est falsa illa sententia: quia verum amicum opus amare tanquam amaturum: et non credere ei quod dicitur nihil valde: et sic amicus oportet valde amare: sic malos et inimicos oportet valde odire. **C**Deinde cum dicit.

CHabent autem orationes auxilium magni: unde quidem propter ruditatem auditorum: gaudent enim si quis universaliter dicens incidat in sententias: quas illi particulariter habent. Quod autem dico palam: erit ita: simul autem et qualiter oportet ipsas venari.

CDat causam quare auditores talem sententiam approbant. Et duo facit: quia primo permittit quod intendit. Secundo quod dixerat manifestat. Secunda ibi. (Sententia quidem enim.) **C**Dicit ergo quod proferentes huiusmodi orationes propter ruditatem auditorum habent unum magni auxilium ad hoc quod sint credibiles. Nam auditores rudes gaudent: si aliquis dicens aliquid versus incidat in illas sententias: quas ipsi particulariter habent. experti. n. sic est: ut dicitur in aliquo particulari existimant ita esse versus. erit autem quod dicitur palam et manifestum ex dicendis: ex quibus simul causa. Hoc etiam manifestum erit: qualiter oportet venari ipsas sententias. **C**Deinde cum dicit.

CSententia quidem enim: ut dictum est: enunciatio universalis est. Gaudent autem universaliter dicto: quod particulariter preexistimantes fuerunt: velut si quis versus fuerit vicinis: aut si versus prauius: acceptabit utique dicentem: nihil vicina difficilius: aut quia nihil stultius quam si-

hos procreare.

CManifestat quod dixerat. Et tria facit. Nam primo ostendit quomodo auditores gaudent: si universaliter proferatur: quod particulariter tenent. Secundo ex hoc docet nos venari huiusmodi sententias. Tertio ostendit utilitatem talium sententiarum. Secunda ibi. (Quare coniecturare.) Tertia ibi. (Duc autem opus.) Dicit ergo: quod sententia (sicut dicitur) est versus enunciatio. Auditores autem gaudent de aliquo versus: sicut fuerunt preexistimantes et experti id particulariter versus: si quis versus fuerit prauius filius: et malis vicinis: acceptabit dicentem: nihil difficilius vicina quantum ad eum: versus versus malis vicinis: nihil stultius quam filios procreare quam ad eos: quod sunt versus prauius filius. **C**Deinde cum dicit.

CQuare coniecturare oportet qualiter existunt auditores preexistimantes: deinde ita de his universaliter dicere.

CDocet nos venari huiusmodi sententias dicens: quod oportet nos coniecturare. i. coniecturari: ut habet alia littera: quod littere auditores existunt preexistimantes: quibus particularibus negotiis sunt experti et dicitur: sicut videmus eos affectos ad aliqua particularia facta. ita debemus de illis universaliter dicere. **C**Deinde cum dicit.

CHunc autem oportet unum habere versus ei quod in sententias loqui: et alterum meliorem. morales enim facit orationes: mores autem habent orationes in quibuscunque est manifesta electio. Sententiae autem omnes hoc faciunt: quia enunciat ille: qui sententias dicit universaliter de eligibilibus: qualiter si bone sunt sententiae et bonorum morum apparere faciunt dicentem. De sententia quidem igitur quid est: et quot species ipsius: et quomodo versus ipsa: et quas utilitates habet dicta sunt hec.

CDat utilitates talium sententiarum dicens: quod ei quod est loqui tales sententias: oportet habere. i. habet unum versus. i. habet unam utilitatem. s. quod sic loquens redditur credibilis auditoribus: habet talis locutio sententiarum: habet alterum meliorem versus: siue alteram meliorem et maiorem utilitatem. nam tales orationes faciunt bonos mores. i. faciunt eos appere boni moris. Melius autem est apparere boni moris quam apparere credibilis: ideo ista utilitas est melior prima. Et quia omnes huiusmodi orationes quibuscunque est manifesta electio: habent et continent morem bonum: propter quod conferens eas videtur boni moris. Id subditur: quod omnes tales sententiae hoc faciunt: quod ille qui talem sententiam enunciat: dicit universaliter de eligibilibus. i. narrat universaliter quid sit agendum. si ergo tales sententiae sunt bonae: faciunt quod dicens appareat bonorum morum. **C**Ultimo epilogat: quod de sententia quid est. et quot sunt species sententiae: et quomodo versus est ipsa: et quas utilitates habet dicta sunt hec quae dicta sunt.



Enthymematibus autem universaliter dicamus: quomodo oportet ingredi: et post hec locos. alia enim species utriusque horum est.

CIn parte ista determinat de enthymematibus. Et duo facit: quia primo continet se ad dicenda. Secundo exequitur de intento. Secunda ibi. (Quod quidem igitur enthymema.) **C**Dicit ergo: quod vult dicere de enthymematibus universaliter quomodo

Rhetori.

oportet inquirere: et venari huiusmodi entbimema: ipsa
hec. i. postquam inquisuimus entbimemata: ingremus et
locos. Est autem alia species vtriusque eorum: v3 locorum
et entbimematum: que quomodo differant. patefactus su
it in pmo libro. et declarabit et ex dicendis. ¶ Deinde. c. d.
¶ Quod quidem igitur entbimema syllogismus
quidam est: dictum est prius: et quomodo syl
logismus: et quid differt a dyalecticis: neq3. n.
a longe: neq3 omnia sumentes oportet conclu
dere. Hoc quidem enim obscurum propter di
stantiam. hoc nugosum ppter manifesta dicere.
¶ Exequitur de intento. Et duo facit: quia primo comme
morat que dicta sunt in primo libro. Secundo ex hoc dat
artem venandi entbimemata vniuersaliter in quolibet ne
gocio. Secunda ibi. (Primo quidem igitur.) ¶ Circa p
imum tria facit: quia primo resumit quedam dicta in pri
mo. Secundo dat causam quare ineruditi et ignorantes ali
quando melius persuadent populo q3 scientes. Tertio ex
habitis manifestat ex quibus et qualibus sit entbimema
formandus. Secunda ibi. (Hec enim causa.) Tertia ibi.
(Quare non ex omnibus.) ¶ Dicit ergo: q3 dictum e pri
us in primo libro: quid est entbimema: et quid est syllogis
mus quidam: et dictum est ibidem: quomodo differt talis
syllogismus a syllogismo dyalecticis: imo si bene confi
deramus dicta in primo libro: si volumus formare dicta
entbimemata: non oportet nos ire multum a longe facie
do syllogismos: nec oportet nos omnes premissas sumere
vt concludamus: imo sufficit aliquando ex vna premissa
rum arguere: si altera sit nota: ideo subditur: q3 hoc scilicet
syllogizare et prosyllogizare: et a longe ire est obscurum pro
pter distantiam. Hoc autem. si omnia sumere et probare est
nugatio: siue ppter manifesta dicere. i. propter hoc: q3 aliq
sunt manifesta: et probatione non eget. ¶ Deinde cum dicit.
¶ Hec enim causa: et quare persuasui ma
gis sint ineruditi eruditus inter turbas: sicut
aiunt poete. Ineruditos apud populum ma
gis musice dicere. Hi quidem enim comunia
vniuersaliter dicunt. Hi autem ex quibus sciunt
et que prope.
¶ Dat causam ex hoc: quare ineruditi aliquando magis
persuadent q3 scietes dicens: q3 hec e causa: quare inerudi
ti inter turbas sunt magis persuasui eruditus. Primo in
eruditos contingit loqui ad populum magis musice: sic
enim aiunt: et sic loquuntur: sicut poete loquuntur: et quia
delectantur aures populares in tali consonantia verboru
et sermones proferuntur fm ritmos: ideo credunt: talem
autem consonantiam faciunt. Nam quia nesciunt tales di
latare se in profunditate sententie: conantur vt demulce
ant auditum consonantia verborum. Secunda etiaz cau
sa est: quare ineruditi aliquando magis placent: et magis p
suadent q3 eruditi: quia hi ineruditi dicunt comunia vni
uersaliter: que magis populus potest capere: hi. s. eruditi
dicunt ex quibus sciunt: et propria ad que intuenta vulga
ris intellectus non attingit: ideo tales non placent: nec per
suadent. Ista autem causa sumit originem ex his: que du
cta sunt: quia nolentes persuadere non debent syllogizare
et similiter inuestigare propriam cuiuslibet negotii: q3 con
tingeret epos nimis obscure loqui. ¶ Deinde cu dicit.
¶ Quare non ex omnibus que videtur: sed ex
determinatis dicendum: puta aut iudicatis
aut his: quos acceptant: et hoc vtiq3: q3 sic vt

Liber

detur palam esse omnibus: aut plurimis: et no
cludere ex necessarijs: sed his: q3 in pluribus.
¶ Concludit ex dictis: ex quibus est persuadendum dicens:
q3 non est persuadendum ex omnibus: que videntur. i. ex
omnibus: per que possunt rem manifestare et declarare: s3
aliqua istorum sunt dimittenda propter minus manife
sta esse: aliqua vero propter ea: q3 homo vulgaris non po
test ea conspiciere. ideo subdit quod est dicendum: et argue
dum de entbimematibus determinatis. Dico autem que
videntur ipsis iudicantibus. i. ipsis auditoribus: aut que
videntur his: qui auditores acceptant. Sufficit enim ali
quando persuadere his: quorum consilio populus regit.
hoc vtiq3 quod proponemus videtur: et debet esse palam
et manifestum omnibus: aut plurimis: et non solum debe
mus concludere semper ex necessarijs: quia talia raro oc
currunt directe spectantia ad propositum nostrum: et si oc
currunt sunt forte talia: que vulgares non capiunt: ideo
plm est vtendum his: que sunt vt in plib3. ¶ Deinde. c. d.
¶ Primo quidem igitur oportet accipere: quia
de quo oportet dicere et syllogizare siue politi
co syllogismo siue qualicunq3: necessarius de
hoc habere existentia: aut omnia: aut quedam.
¶ Nihil. n. his ex nullo habet concludere itaq3.
¶ Dat huiusmodi artem venandi talia entbimemata ost
dens: que sunt illa entbimemata determinata: quibus de
bemus vt. Et tria facit: quia primo facit quod dictus est.
Secundo quod dixerat declarat ostendens talem artem
veram esse applicatam ad quodlibet negotium. Tertio
ostendit dictam artem simpliciter et vniuersaliter veram
esse. Secunda ibi. (Dico autem puta quomodo.) Tertia
ibi. (Nihil autem differt.) ¶ Dicit ergo: q3 si volumus ve
nari et inquirere dicta entbimemata: oportet nos accipe
re et scire quid est illud: de quo oportet dicere: et syllogiza
re. Nam siue sit syllogismus politicus ille: qui debet fieri
siue alius qualicunq3. necessarius est nos habere omnia
existentia: aut quedam existentia ipsi negotio: de quo de
bet fieri syllogismus et entbimemata: quia si no habemus
aliquid de his: que existant in dicto negotio: de nullo po
terimus concludere. Est ergo ars data: q3 entbimema et syl
logismus omnis habet fieri de his: que existant in rebus:
de quibus nolumus formare syllogismos: et quando plura
talia habemus magis abundamus in faciendo syllogis
mos. Si autem nihil tale habemus: nullum syllogismis
poterimus facere. ¶ Deinde cum dicit.
¶ Dico autem puta quomodo vtiq3 poterimus
consulere Atheniensibus: si sit pugnandus no
habentesq3 potentiaz ipsorum. vtrum sit naua
lis: aut campestris: aut vtraq3: et hec quata: et
proventus qui. aut amici et inimici. Adhuc aut
que bella preliati sunt: et qliter: et alia talia.
¶ Adaptat dictam artem ad quodlibet negotium politici
cum. Et tria facit fm q3 tria sunt talia negocia. Nam pri
mo adaptat talem artem ad negotium deliberatiuum. Se
cundo ad exclamatiuum. Tertio ad iudiciale. Secunda
ibi. (Et laudare.) Tertia ibi. (Eodem autem modo.) ¶ Di
cit ergo primo dico. i. expono q3 dico: quia quomodo po
terimus consulere Atheniensibus: si debent pugnare: vel
non: non habentes existentia ipsis Atheniensibus: quasi di
cat nullo mo. Nam si nesciuerimus que sit potentia ipso
rum: vtru naualis sit potentia nautica: aut campestris: sicut e
po militu et peditu: aut vtraq3: vt q3 forte hnt vera po
m.

Et etiam

Et etiam si nescierimus quanta sit talis potentia: et qui sunt prouentus eorum: et qui amici et inimici: et adhuc autem: quae bella preliati sunt: et qualiter se habuerunt in alijs et cetera talia: quae si nescierimus: nullum consilium poterimus dare. **C** Deinde cum dicit.

C Et laudare: si non habeamus illud quod in Salamine bellum navale: aut eaque in Marathonis pugnam: aut ea que pro Eraclicibus producta: aut aliud aliqd talium existentibus. n. aut putatis existere bonis laudant omnes.

C Adaptat dictam artem ad exclamatiuum secundum quod spectat ad ipsam laus. Secundo putat esse interesse eius se intromittere de vituperio. Secunda ibi. (Sicut autem et vituperat.) **C** Dicit ergo: quod non poterimus laudare ipsos Athenienses: si non habeamus: si nesciamus illud bellum venale: et illam victoriam: quam habuerunt in Salamine: aut eam pugnam: quae exercuerunt in Marathonis: aut ea: quae fuerunt producta et facta ab ipsis Atheniensibus pro Eraclicibus. i. pro illis gentibus: aut quod aliud bonorum existentium: aut apparentium existere in ipsis. Nam omnes laudant alios ex bonis existentibus in eis: aut putatis existere. **C** Deinde cum dicit.

C Similiter autem et vituperant ex contrarijs considerantes quod insit ipsis tale: aut putet inesse: puta quod Athenienses Elines in seruitutem redegerunt. Et eos quod ad barbaros: et cum pugnaverunt praesertim fuerant: et in mancipia subdiderunt Eginoras et Podaeas: et quaecumque alia talia: et si quid aliud tale peccatum insit ipsis.

C Adaptat quod dixerat ad vituperium dicens: quod simili modo homines vituperant alios ex contrarijs. i. ex malis considerantes aliquid tale. i. aliquid malum: et quid turpe insit ipsis Atheniensibus: aut putetur inesse: puta quod Athenienses redegerunt in seruitutem Elines. i. grecos: ut habet alia littera. sed eos qui ad barbaros. i. extraneos honores uerunt: ut supplet alia littera: quod fuit valde vituperabile: quia vituperosus est compatriotis nocere: et extraneos honorare. Vel etiam non possemus vituperare Athenienses nisi sciremus quodammodo cum pugnaverant. i. cum redibant de pugna: fuerunt praesertim in quadam villa apud Eginoras et Podaeas: et qui non sufficit: quod illi curialiter eis cibum tribuerent: sed eos subdiderunt in mancipia: et in seruitutem: deducendo eos in captiuitatem: quod fuit valde vituperabile beneficentibus mala retribuere: nisi ergo scierimus ista mala de Atheniensibus: et quaecumque alia: et si quid tale peccatum insit ipsis: non poterimus eos vituperare. **C** Deinde cum dicit.

C Eodem autem modo et accusantes et defendentes et inexistens considerantes accusant et defendunt.

C Adaptat dictam artem ad iudiciale negotium: siue ad disceptationem dicens: quod eodem modo accusantes et defendentes considerantes inexistens accusant et defendunt.



Abil autem differt de Lacedaemonijs et Atheniensibus: aut homine: aut deo idem hoc agere. Et enim hoc consulentes Achilli: et laudantem: et vituperantem: et accusantem: et respondentem pro ipso: qui insunt: aut putantur inesse: oportet accipere.

C Ostendit dictam artem simpliciter et vniuersaliter veram esse. Circa quod duo facit: quia primo facit quod dicendum est. Secundo confirmat veritatem dictae artis per ea quae dicta sunt in libro topicorum. Secunda ibi. (No. n.) **C** Circa primum tria facit: Nam in omni negotio rhetorico est tria considerare: videlicet personam rei et finem: et vituperatum in negotio exclamatiuo est considerare primo personam quam laudamus: ut Achilleum: vel aliquem alium excellentem virtutem: et rem: de qua ipsum laudamus: ut pugnam: vel aliquid aliud laudabile: et est ibi etiam considerare finem: propter quem ipsum laudamus: ut propter honestum et pulchrum: et in disceptatiuo est dare personam: quae accusamus vel defendimus: et rem siue factum: de quo ipsum accusamus et defendimus: et finem: ut iustum vel iniustum. propter quod ipsum accusamus vel defendimus. sic etiam et in deliberatiuo ista eadem est accipere: ut potest patere intuenti. primo ergo ostendit philosophus veritatem istius artis quantum ad ipsas personas: circa quas versantur negotia rhetorica. Secundo quantum ad ipsos fines: propter quos sunt huiusmodi negotia. Tertio ostendit veritatem dictae artis per respectum ad ipsas res: de quibus sunt alia negotia. Secunda ibi. (Ut ex his dicamus). Tertia ibi. (Similiter autem his). **C** Continuetur ergo sic: quod dicta ars est simpliciter vniuersalis: quia nihil differens agere hoc idem de Lacedaemonijs et Atheniensibus: aut de homine: aut de deo: aut de quolibet alio. Nam consulentes Achilli quantum ad negotium deliberatiuum: et laudantem et vituperantem quantum ad exclamatiuum: et accusantem et respondentem quantum ad disceptatiuum si volumus talia facere pro ipso Achille: aut quae putantur inesse de Achille. Intelligendum est de quolibet persona per quam volumus agere. **C** Deinde cum dicit.

C At ex his dicam? laudantes aut vituperantes si quid honestum: aut turpe existat: accusantes autem et defendentes si quid iustum aut iniustum: consulentes autem si quid conferens aut nocuum.

C Ostendit veritatem dictae artis per regulam ad ipsos fines: propter quod sunt negotia rhetorica. Continuetur autem sic. Bene dico: quod si volumus pro aliquo exercere negotia rhetorica: oportet nos accipere: quae insunt ei: aut putantur inesse: ut ex talibus existentibus dicamus laudantes si quid honestum insit illi: aut vituperantes si quid turpe existit in eo: et hoc quantum ad fines exclamatiui. Accusantes autem si quid iniustum: defendentes si quid iustum quantum ad fines disceptatiui: consulentes autem si quid conferens tanquam prosequendum: aut nocuum: aut fugiendum quantum ad fines deliberatiui. **C** Deinde cum dicit.

C Similiter autem bis de re quacumque: puta de iustitia: si bonum: aut non bonum: ex inexistens tibus iustitia: aut bono: itaque omnes ita videntur demonstrantes: siue certius: siue debilius syllogizant.

C Ostendit veritatem dictae artis per regulam ad ipsas res: de quibus sunt talia negotia rhetorica: et de finibus propter quos sunt talia negotia. similiter bis. i. similiter finibus et personis dicendum est de re quacumque. puta de iustitia si bonum est: aut non est: si volumus hoc ostendere ex inexistens tibus iustitia: aut bono: oportet nos formare syllogismos. nam omnes sic videntur demonstrare: quia siue syllogizant certius: siue debilius semper de existentibus syllogizant. **C** Deinde cum dicit.

C Non enim ex omnibus accipiunt: sed ex his

que circa vnumquodqz existunt: et per orationem: palam. n. qz impossibile aliter ostendere manifestum: qz necessarium: sicut in topicis: primum circa vnumquodqz habere electa de contingentibus et opportunis.

¶ Confirmat veritatem dicte artis per ea: que dicta sunt in libro topicorum. Nam ibi traditum est: qd debemus habere promptas et paratas orationes vtilis ad quolibet negotia: vt possimus continue abundare in formando locos et syllogismos. Hanc autem promptitudinem habere non possumus nisi circa negotia nota et assueta: qz circa negotia repentina: et circa ea: que subito proueniunt: eo qd non sunt pre-cognita talem preparationem habere non possumus. Duo ergo facit phs. Nam primo confirmat dictam artem per habita in libro topicorum quantum ad negotia assueta. Secundo ostendit dictam artem veritatez habere quantum ad negotia repentina. Secunda pars ibi. (De bis autem: que in repentino). ¶ Dicit ergo: qd oportet syllogizare ex determinatis et existentibus: quia syllogizantes non accipiunt ex omnibus. i. a quibuscuqz: quia tunc facerent syllogismum inconnexum: sed syllogizant ex bis: que existunt circa vnumquodqz: et per orationem: siue per sermonem: vt habet alia littera: explicant ipsa existentia. Nam palam: qz impossibile est aliter ostendere qd dictus sit: est enim hoc manifestum et necessarium: per ea que dicta sunt in topicis. Nam circa finem octavi topicorum habitus est: qd oportet nos habere elementa de contingentibus et operatiuis circa vnumquodqz: ad hoc qd in disceptationibus abundemus: quod non esset nisi ex existentibus oportere nos arguere. ¶ Deinde cum dicit.

¶ De bis autem: que ex repentino fiunt quere eodem modo aspicientem eum non infinita sed inexistencia: de quibus oratio: et circumscribentem plurima: et ppinquissima rei.

¶ Ostendit dictam artem veritatem habere quantum ad negotia repentina. Circa quod duo facit: quia primo primum mittit quod intendit. Secundo manifestat quod dixerat. Secunda ibi. (Quanto enim vtiqz). ¶ Dicit ergo: qd eodem modo volentem syllogizare de bis: que sunt ex repentino: oportet querere convenientiam dicto negotio: et non aspicere in finem. i. indifferenter: et omnia vt impertinentia: sed accipere in existencia: de quibus fit oratio et syllogismus: et circumscribere et congregare plurima talia: et ppinquissima ipsius rei. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quanto. n. vtiqz plura habent existentia: tanto facilius ostendere: quanto aut ppinquius: tanto et minus communia convenientius.

¶ Manifestat quod dixit. Et duo facit: quia primo facit qd dictum est. Secundo quia fecerat mentionem de communibus et propriis: ostendit que sunt communia et propria. Secunda ibi. (Dico autem communia). ¶ Dicit ergo: qd volens syllogizare quanto plura habuerit de existentibus facilius poterit ostendere propositum: propter quod manifestum est: quare debemus circumscribere et congregare plurima existentia: sic et quanto propinquius magis prope accipiemus in existencia: et minus communia: tanto magis syllogizabimus de re. non enim debemus arguere ex communibus: sed ex propriis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dico aut communia quidem laudare Achille: quia homo: et quia semideorum: et qd super Troiam militet. bec. n. et alijs exht multis. Quare

nihil magis tales Achille laudat qd Diomedem. ¶ Exponit communia. Secundo propria. Secunda ibi. (Propria autem que nullius). ¶ Dico ergo. qd ipse appellat communia: si laudemus Achillem: vel quia semideorum: alia autem littera habet: vel quia habens naturam semidei: vel quia si laudemus ipsum: quia militauit super Troiam. sic autem non laudamus ipsum ex propriis: quia ista existunt multis alijs. Multi enim alij sunt homines: et sunt de numero semideorum: vel habent naturam semideorum. Nam semideus: siue quasi medius deus potest dici quilibet exercens opera supra commune in modum hominum: sic et multi alij militauerunt super Troiam: quia talis sic laudans nihil magis laudat Achillem qd Diomedem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Propria autem: que nulli accidunt alij qd Achilli: puta interfecisse Hectorem optimum troianorum. Et cignum qui prohibuit omnes ascendere insauciatus existens: et qz iuuenis et non pubes existens militauit: et quecumqz alia talia. Unus quidem igitur locus electionis: et primus iste topicus.

¶ Manifestat que sunt propria dicens: qd illa sunt propria que nulli alij accidunt qd Achilli: puta interfecisse Hectorem optimum troianorum: et superasse cignum: qui prohibuit omnes grecos ascendere insauciatus existens. omnes enim greci non poterant ipsum fauciare et deuincere. Et etiam debemus laudare Achille: quia existens iuuenis: et ante annos pubertatis militauit: et quecumqz talia si scierimus de eo ita convenientia sibi et non alijs. ¶ Ultimo epillogari: qd vnus locus electionis. i. vnus locus electus: et primus est iste topicus. et est iste locus: que nos tetigimus vt formare entbimemata ex propriis. Est. n. magis electus et magis charum qd formare ex communibus.



¶ Elementa autem entbimematus specie duo. bec quidez enim ostensa sunt: quia est aut non est bec elentica: et differunt sicut in dyalecticis: elecbus et syllogismus est. Est aut ostensiu qdem entbimemata: qd ex concessis concludit: elentica aut in concessa colligere.

¶ In parte precedenti determinauit legatissime ipse phs de entimemate s3 se3 fm suas partes. in parte ista determinat phs de entbimemate fm sua principia. Primo determinat de locis: quia loci sunt principia et elementa entbimematum. Et duo facit: quia primo continuat se ad ostenda. Secundo exequitur de intento. Secunda ibi. (Sunt enim entbimematum). Continuetur enim sic. Postquam determinauimus de entbimemate fm se et secundum suas partes. Reliquum est dicamus: que sunt elementa entbimematum. et exponit quid appellat elementum entbimematis dicens: qd elementum entbimematis vocat locum: et addit: qd primo vult dicere de bis: de quibus plus est necessariu dicere. ¶ Deinde cum dicit. (Est aut ostensiu). Exequitur de intento et tria facit. quia primo diuidit entbimemata: cuius locus est principium et elementum. Secundo ex hoc ostendit de quibus locis est dictum. Tertio manifestat de quibus locis est dicendum. Secunda ibi. (Sere quidem igitur). Tertia ibi. (Adhuc autez et alio modo). ¶ Dicit ergo. qd entbimematum duz sunt species. que dantur enim entbimemata sunt ostensiu: vt illa: per que ostendunt: qd

dantur aliquid est: aut non est: quod tam affirmativa quam negativa possunt ostendisse probari. Hec autem in alia specie est entimematis est elentica. id est redarguitiva et contradictoria. elenticus enim est syllogismus contradictionis. Hic est in duobus modis probatur aliquid vel ostendisse: vel ostendo ad inconueniens: ideo sicut in dyalecticis differt entimema ostensuum et elenticum. Dicit autem differentiam inter dictas species entimematis dicens. quod ostensuum entimema concludit ex concessis: quia accipit probabilia: que videntur omnibus vel pluribus: sed elenticus colligitur in precesis. unde alia littera habet: entimema ducens ad impossibile: et est illud: quod concludit ex negatis et repudiatis. Ad intelligentiam autem dictorum notandum: quod ubi nos habemus entimema elenticum: alia littera habet ducens ad impossibile. Possumus tamen assignare differentiam inter syllogismum conuersuum ducens ad impossibile et elenticum. Nam licet quilibet istorum syllogismorum concludat aliquod inconueniens: et aliquod contradictiuum. tamen hoc faciunt eodem modo: quia si debet esse syllogismus conuersiuus: oportet prius esse syllogisatum. et syllogismi pre-syllogisati concludit oppositum conclusionis alterius premissarum. Nunquam ergo est syllogismus conuersiuus: nisi prius sit syllogisatus. Sed syllogismus ducens ad impossibile fieri potest absque syllogismo prioris: sufficit enim in tali syllogismo: quod ibi concludatur oppositum aliquid: quod est manifeste verum: ut dicitur secundo priorum. Ex hoc autem apparere potest proprie non esse eundem finem syllogismi conuersiuus: et syllogismi ad impossibile. Vtrumque enim istorum syllogismorum probat aliquid: sed syllogismus conuersiuus magis videtur probare formam syllogisticam. ducens vero ad impossibile magis videtur probare materiam syllogismi. syllogismus enim est consequentia quedam. Sicut ergo est consequentia quando antecedens non potest esse verum sine consequente: sic est bona forma syllogismi quando premissa: que se habet ut antecedens: non possunt esse vere: nisi conclusio: que se habet ut consequens sit vera. Potest tamen esse vera conclusio premissis existentibus falsis: quia potest esse verum consequens antecedente existente falso: licet enim non possit esse homo nisi sit animal: potest tamen esse animal nullo homine existente. Quod scilicet ergo ostenditur: quod oppositam conclusionis non potest stare cum premissis: probat quod illa sit bona forma syllogismi: sic si probaretur quod oppositum consequentis non possit stare cum antecedente: ostenderetur ibi esse bonam conuenientiam. Cuius igitur syllogismus conuersiuus ostendat: quod cum opposito conclusionis non possunt stare premissa: quod accipiendo oppositum conclusionis cum altera premissarum concluditur oppositum alterius premissarum: huiusmodi syllogismus semper arguit per supponendo alium syllogismum: et probat formam. Sed syllogismus ad impossibile: quod non presupponit syllogismum priorum: nec facit syllogismum oppositum priorum syllogismo: non proprie probat formam syllogisticam: sed magis probat materiam syllogismi: quia probat propositionem aliquam esse veram. Accipit enim oppositum intentionis: siue oppositum eius: quod vult probare: et cum illo et propositione alia sumpta concludit aliquid manifeste falsum: propter quod et oppositum intentionis: siue oppositum propositionis probandae: ex quo sequitur illud manifeste falsum: dicit eum falsum. propter quod sequitur: quod propositio probanda sit vera. Nihil enim est aliud probare aliquid ducendo ad impossibile quam ducere aduersarium ex eo: quod negat aliud magis manifeste falsum quam illud: quod negat: igitur in syl-

logismo ad impossibile sed quod distinguitur a syllogismo conuersiuo probatur veritas alicuius propositionis. Et quod propositio est materia syllogismi: syllogismus ad impossibile finem quod huiusmodi magis videtur probare materiam syllogismi quam formam: elencus autem differt a syllogismo ad impossibile: quod syllogismus ad impossibile concludit manifeste falsum: ut habitum est per prius in secundo priorum. Sed ad hoc quod fiat elencus: sufficit quod concludatur aliquid negatum ab aduersario: ideo dicitur est syllogismus contradictorius: vel quod vtraque pars contradictionis ibi concluditur: vel quod concluditur quod ipse negauit. Propter quod syllogismus elencus magis habet fieri in materia probabilibus in tali materia concludi potest id: quod aduersarius negauit. Sed syllogismus ad impossibile proprie habet fieri in materia necessaria: in qua habet fieri syllogismus demonstratiuus. Sicut ergo logicus: ut est vterque non vterque syllogismo demonstratiuus: sed probabilis spectat tamen ad dyalecticum vane artem de syllogismo demonstratiuus: sic dyalecticus loquendo de syllogismo ad impossibile: ut nos locuti sumus: non arguit per talem syllogismum: sed arguit per elencum: spectat tamen ad ipsum dyalecticum tradere doctrinam et artem quod constituitur syllogismus ad impossibile: et ideo dicitur: quod omnes fallacijs: que peccant contra syllogismum dyalecticum: reducuntur ad ignorantiam elenchum non ad ignorantiam syllogismi ducens ad impossibile: quod vtrum verum sit et quod literis deo dante scriberemus super elenchis determinaremus dubitatione mota. Hic autem videri dicimus: quod quod materia: circa quam versatur rhetoricus: non tantum quietat intellectum: sicut illa: circa quam versatur dyalecticus: quod magis superficialiter arguit rhetoricus quam dyalecticus: quod auditor eius est grossus: ut dicebat circa principium primi huius: si non spectat ad dyalecticum arguere demonstratiuus: et ducendo ad impossibile: sed syllogisat ostensiuus: vel elenticus: multo magis non spectat ad rhetoricum demonstrare et arguere ducendo ad impossibile. Sed quod rhetorica est assensiuus dyalectice: ut dicebat in principio huius libri bene dictum est: quod sicut in dyalectice differunt syllogismus ostensiuus et elenticus: sic in rhetorica differunt entimemata: et ostensiuus: et elenchus. Rhetoricus autem tanquam assensiuus dyalectice arguit ostensiuus et elenticus: non autem demonstratiuus: neque ducendo ad impossibile: propter quod melius in nostra translatione habetur. Nihil entimemata elenticum diuidatur contra ostensiuum: quam habetur in littera arabica: ubi loco elentici habetur entimemata ducens ad impossibile. Non enim arguit rhetoricus ex entimemate ducendo ad impossibile: nisi accipiatur impossibile large: in quantum omne elenchus: et omne redargutum quoddam inconueniens: et quoddam impossibile dicunt: quia et si non dicunt inconueniens simpliciter: dicit tamen aliquid inconueniens alicui: quod concludunt aliquid negatum ab aduersario. Deinde cum dicit.

Fere quidem igitur nobis circa vnaquaque spem vtilis et necessario habetur loci. Et est tunc in propositionibus circa vnaquaque: que sunt. Quare ex quibus locis oportet ferre entimemata de bono: aut malo: aut turpi: aut pulchro: aut iusto: aut iniusto: et de moribus et passionibus: et habentibus similiter sumpta nobis existunt prius loci.

Ostendit de quibus locis est dictum. nam cum habitum sit de persuasionibus proprijs: cum in primo libro determinatum fuerit de vnoquoque negotio: quodam modo ibi definitur locus propositio: et aliquid fere circa vnaquaque spem vtilis et

Rhetori.

necessariorum negotio politico nobis. i. a nobis habentur loci: et etiam a nobis habite sunt propositiones elenticæ circa unamquamque speciem politicam: siue circa unumquodque negotium politicum. Dicitur enim supra de omnino negotio politico: ut de deliberatio iudiciali et exclamatio: ad autem dicitur est prius: ex quibus locis oportet ferre. i. facere entimemata de bono et malo quantum ad deliberationem: aut turpia: aut pulchra quantum ad exclamationem: aut iusto: aut iniusto quantum ad iudiciale: quia hæc dicta sunt in primo libro: et etiam existunt. i. si sunt similiter sumpti prius loci nobis de moribus et passionibus: et de habentibus mores et passiones: quia hæc dicta sunt in secundo libro.

Ad intelligentiam autem dictorum notandum: quod ut fuit in precedentibus declaratum, præmissa sunt elentica et principia entimematis: et etiam loci sunt huiusmodi principia. sed aliter et aliter: quia præmissæ sunt intrinseca entimematis principia. Ingreduntur enim entimemata secundum substantiam: sed loci sunt principia entimematis extrinseca: non enim ingrediuntur entimemata secundum substantiam: sed secundum virtutem solum. Rursum ibidem ostensus fuit: quod quia uniuersale in particulari non erat aliud quam particulare ipsum ut ratio contrarij ut referuatur in albo est ipsam album assignare in speciali locos circa unumquodque negotium politicum est accipere propositiones et locos circa unamquamque talem materiam: quod fecit: cum in primo libro determinauit specialiter de unoquoque negotio politico: et in secundo determinauit de passionibus et moribus: et de habentibus passiones et mores. Spectat. n. ad rhetorem: eo quod est assuetius dialectici: determinare de locis communibus: ut de loco maiori et minori a contrario: et alijs talibus. Verum quia rhetorica non est dialectica simpliciter: sed est quedam dialectica applicabilis ad mores: et ad negotium politicum: spectat ad rhetorem non solum determinare de locis communibus: sed etiam aliquo modo de proprijs: Spectat. n. ad ipsum aliquo modo sumere propositiones electas circa unamquamque materiam politicam: cuius prius dictum sit de locis proprijs: et de elentis. Nunc autem restat dicere de locis cõibus.

Deinde cum dicit.

Adhuc autem et alio modo uniuersaliter de omnibus sumamus designantes elenticos et demonstratiuos: et eos qui apparentium entimematum non existentium: quoniam neque syllogismorum. Manifestatis autem his de solutionibus et instantijs determinabimus: unde oportet ad entimemata ferre.

Postquam ostendit de quibus est dictum: ostendit de quibus est dicendum. Et duo facit: quia primo narrat ea: de quibus est dicendum. Secundo exequitur de illis. Secunda ibi (Est autem unus quidem.) (Dicit ergo: quod postquam dictum est de locis proprijs. adhuc autem alio modo uniuersaliter. i. communiter de omnibus negocijs politicis sumamus locos designantes elenticos quantum ad entimemata contradicentia: et demonstratiuos quantum ad ostensa: et eos qui sunt apparentium entimematum: non existentium autem entimematum quantum ad entimemata sophistica. Quia autem quæ entimemata sophistica non sunt de numero existentium entimematum: sumuntur ex eo: quoniam neque sunt de numero syllogismorum. Non enim referuatur in eis ratio syllogismi rhetorici: et cum manifestauerimus ista determinabimus de solutionibus: et de instantijs. et dicemus unde oportet ferre instantias ad entimemata contra nos facta. Assignare autem loca ubi incipit determinare de entimematis sophisticis: et de

Liber

solutionibus: et de instantijs non expedit: quia sunt superioribus assignata.



St autem unus quidem locus ostensiuorum ex contrarijs: oportet. n. intendere et destruere. si contrarium inest contrario: destruentem quidem si non inest: puta quia temperatum esse bonum. intemperatum enim esse nocium: sic in meseniaco. Si. n. plura est causa sententium malorum: cum pace oportet corrigi.

Postquam ostendit prius dicendum esse de locis cõibus: eo quod dictum erat de proprijs. In parte ista incipit determinare de huiusmodi omnibus locis. Ad cuius euidentiã notandum: quod loci cões sunt aliquo modo adaptabiles cuius negotio politico. Aliqui enim istorum magis sunt adaptabiles uni negotio: et alii qui alij: quia ostensiuo magis sunt adaptabiles deliberationi et exclamatio. Elentici autem magis sunt adaptabiles disceptationi iudiciali: quia defendens principaliter intendit contradicere accusanti: et accusans defendenti. sic est locorum ostensiuorum aliqui magis sunt adaptabiles negotio deliberationi. alij uero magis exclamatio. Diuidit ergo hæc pars in partes tres: quia per prius uenatur locos magis adaptabiles negotio deliberationi. Secundo uenatur eos: qui sunt magis adaptabiles exclamatio. Et tertio iudiciali. Secunda pars ibi. (Alius ex partibus.) Tertia ibi. (Alius communis et litigantibus.) In consilijs autem que respicit negotium deliberationis tripliciter contingit arguere: uel quia arguimus ex contrario: uel ex silibus: uel ex eisde. i. prima pars diuidit in partes tres: quia primo prius docet sumere locos sumptos a prius. Secundo docet sumere locos sumptos ex silibus. Tertio ab eisde. Secunda pars ibi. (Alius a silibus castibus.) Tertia ibi. (Alius ex diffone.) Per locum autem a prius possumus arguere constructiue et destructiue. Iam circa prius duo facit: quia primo docet sumere locum a prius put per ipsum arguimus construendo uel ra. Secundo put arguimus destruendo. Secunda pars ibi. (Siquidem.) (Dicit ergo: quod ne numero locorum ostensiuorum supple adaptabili negotio deliberationi est unus locus ex prius: oportet. n. intendere: quod si contrarium est in contrario. et aliud ostensiuo est in alio ostensiuo: et si non est unum contrariorum in alio contrario. nec reliquum reliquo. Contingit ergo in huiusmodi modi locis arguere construere et destruere quidem si non inest: construere autem si inest. Ponit autem exemplum de destruere: si temperatum esse bonum: et intemperatum esse nocium. Temperatum autem et intemperatum sunt contraria: bonum et nocium sunt contraria. Si ergo unum contrariorum est in alio: et reliquum in reliquo: sic etiam in meseniaco: uel in mesina: ut habet alia littera: quia prelium fuit causa presentium malorum: oportet tale bellum corrigi cum pace: quia oportet nos habere pacem: que erit causa presentium bonorum. Deinde. c. d.

Siquidem. n. neque bis: que male egerunt in uoluntarie iustum in iram: eade neque si coactus quis bene egerit in alique: conueniens est huic deberi gratiam. Sed siquidem inter homines est falso concionari putare: probabile probare oportet: et contrarium autem: credibilia uera multa accidere hominibus.

Nunc docet arguere per locum a contrarijs destructiue: quia si non est iustum: quod homo cadat in iram: id est quod homo irascitur bis: qui male egerunt in uoluntarie: non est inconueniens si aliquis coactus et inuitus bene egerit erga aliquem: huic deberi gratiam. Merita enim et demerita

demerita sunt voluntaria. Si enim non condemnatur male agens inuito non debet premiari bene agens coacte. Ad dicit autem secundum exemplum: quod si probabile est inter homines con- cionari falso: putare oportet et contrarium: quia multa ve- ra accidunt hominibus incredibilia. Si enim probabilia possunt esse falsa: vera esse poterunt non probabilia: et in- credibilia. Deinde cum dicit.

Alius assimilatur casibus. Similiter enim oportet existere: aut non existere: puta quod iustum non omnino bonum: etenim utriusque quod iuste. Nec autem eligibile iuste mori.

Docet sumere locos a similibus: et quod similitudo inclu- dit differentiam: cum similitudo sit rerum differentium eadem qualitas: ideo duo facit: quod primo ponit locos a similibus. Secundo ponit locos a differentibus. Secunda ibi. (Alius a maio- ri.) Prima dividitur in duas secundum quod tales duos locos po- nit: quod primo ponit locum a similibus casibus. Secundo a simi- bus habitudinibus agentis ad patiens. Secunda ibi. (Alius ex his.) Tertius n. hic accipit secundum quod est reflexio nominis in aduerbium. quicquid enim deriuatur ab aliquo quodammodo ca- dit ab illo: quod ergo aduerbia deriuantur a nominibus quo- dammodo cadunt ab eis. Sed et hos locos possemus argue- re affirmatiue et negatiue: quod similiter oportet existere et non exi- stere in similibus casibus: puta si iustum non omnino bonum. si iustum non est semper bonum: etiam iuste non erit sem- per bonum. Quod autem iustum non sit semper bonum patet: quod nec bonum est: nec eligibile iuste mori. ille enim iuste moritur: qui bonis sic eligentibus moritur. Deinde cum dicit.

Alius ex his: que adinuicem. Si enim alteri exi- stit: quod bene: aut iuste fecisse: alterius passus est: et si precepisse et fecisse: puta ut thelonearius ne- gocians de theloneis. Si enim neque nobis turpe vendere: neque nobis emere. Et si passus quod be- ne: aut iuste existit: et ei qui fecit: et si ei qui fecit et ei qui passus fuit.

Ponit secundum locum. Et duo facit: quod primo ponit di- ctum locum. Secundo ostendit quomodo contingit para- logizari contra talem locum. Secunda ibi. (Est autem in his.) Dicit ergo: quod alius locus sumitur ex his: que sunt adinuicem: quod iste locus sumitur ex actiuis et passiuis: inter actiuum enim et passiuum oportet esse adinuicem proportionem al- teram. Possumus autem per hunc locum sic arguere: quod si alteri. actiuus existit bene: aut iuste fecisse: alterum ut passiuum passum esse contingit iuste: et si aliquem precepisse contingit iuste: et quod precepit fecisse aliquid est iuste: ut thelonearius. cum pro: vel tripliciter de theloneis dicit: si nobis non est turpe ve- dere: neque nobis est turpe emere: si vendentes non male tra- dunt mercatores non male recipiunt: conuertitur autem iste lo- cus: quod si passus contingit iuste pati: et ei qui fecit iuste facere: et ei qui fuit passus iuste pati. Deinde cum dicit.

Est autem in his paralogizari. Si enim iuste mor- tuus: iuste passus fuit: si forte non propter quod oportet intendere seorsus: si est dignus qui pati- tur pati: et qui fecit fecisse: deinde utriusque qualiter- cunque congruit: aliquando enim dissonat quod tale: et nihil prohibet.

Ostendit quomodo circa talem locum contingit para- logizari. Ad cuius euidenciam notandum: quod non possumus arguere ex agente ad patiens: nisi comparemus actiuum ad proprium passiuum: sicut enim non possumus concludere pos- sibile poni in esse nisi comparemus actiuum ad proprium

passiuum: sic non possumus concludere possibile poni in esse nisi comparemus potentiam ad proprium actum. si ergo non preceptum passiuum ad proprium actiuum paralogizamus. Potest ergo contingere aliquem iuste pati: et tamen alius non iuste agere: non enim spectat ad quemlibet punire malefactores. ma- lefactores ergo iuste puniuntur: sed si non habens potesta- tem vellet eos punire: iniuste puniret ipsos. Duo ergo fa- cit philosophus: quia primo ostendit quomodo circa talia contin- git paralogizari. Secundo quod dixerat manifestat per plura exempla. Secunda ibi. (Ut Alcmeoni theodecti.) Dicit ergo: quod contingit paralogizari: quod si iuste alius mor- tuus est: et iuste passus fuit: forte non iuste passus est a te: quod non iuste occidisti ipsum: si non spectat ad te iudicium eius: ideo oportet intendere seorsum: et cogitare diligenter si quid patitur est dignus pati: et si quid fecit est dignus fecisse. De inde debemus cogitare qualitercunque congruit: quia debe- mus omnes circumstantias aduertere: que congrue faciunt actiuum proportionatum passiuo: quia aliquando quod tale est dissonat: et nihil prohibet ipsum dissonare: quod non con- paramus actiuum ad proprium passiuum. Deinde cum dicit.

Ut Alcmeoni Theodecti. Matrem autem tuam aliquis non odibat Ait respondens. Dis- tinguentem oportet ostendere. Interrogate autem Alpheisbea: qualiter banc quidem mori iudicauerit: me autem non oportet occidere. Et quod Demosthenis iudicio: et de his: qui interfecerunt Thicanorem. Quonia enim iuste iudicati sunt mori: iuste videbantur interficere. Et quod apud Thebas mortuo: de quo precepit iudicare si mor- tuus erat perimere: tanquam non iustus sic interfe- cisse: iuste mortuum.

Quod dixerat manifestat per exempla: que legendo lit- teram parere possunt. Primum exemplum tale est. Quis Alcmeon Theodecti haberet matrem: que debebat occi- di: dictum fuit illi Alcmeoni mater tua non aliquos odi- bar. id est non fore fecit mater tua: vel iniuriata est mater tua alicui hominum: propter quam iniurias homo debeat eam odire: et ipsa debeat iuste pati. Respondit Alcmeon filius eius. Distinguentem oportet ostendere. et iudicare. Nam utrum mater mea debeat mori vel non: pertinet ad distin- guentem. id est ad dominum: et ad habentem potestatem: cuius est distinguere inter morituros et non morituros: ideo subditur interrogate Alpheisbea qualiter iudicauerit hac scilicet matrem meam mori: me autem conuenit non occi- dere eam. Ponit secundum exemplum de Demosthene: qui fecit iudicium de his: qui interfecerunt Thicanorem: quia si ille iuste fuit mortuus: illi tamen non iuste occide- runt ipsum: quia non spectabat ad eos tale iudicium. id est iuste iudicati sunt mori: videbatur enim Demosthenes iuste interficere illos interfectores. Adducit et tertium exem- plum de mortuo apud Thebas: de quo precepit iudicari ut morerentur occidentes illum: quia si ille iustus erat pi- mere: iustus erat mori: illi tamen non iuste occiderunt ip- sum: ideo subditur: quod iuste moriturum non est iustum in- terficere: quia potest interfici a tali: qui non iuste occidit: licet ille iuste moriatur.



Alius a maiori et minori: puta si ne- que dei omnia sciunt: quanto mi- nus homines. Docentis si cui ma- gis utriusque inquit: non inest palam: quia neque cui minus.

Rhetori.

C Postquam phis posuit locos a similibus in parte ista ponit locos a differentibus. Et tria facit scilicet quod tria genera talium locorum ponit: quod primo ponit locos sumptos secundum oriam maioris et minoris. Secundo ponit locos sumptos secundum oriam temporis. Tertio secundum differentiam bonitatis. Secunda ibi. (Alius a consideratione ratione.) Tertia ibi. (Alius ex dictis.) **C** Circa primum tria facit: quod primo ponit locum a maiori. Secundo a minori. Tertio quod dixerat manifestat per exempla. Secunda ibi. (Dic autem quod proximos.) Tertia ibi. (Unde dictum erat.) Dicit ergo: quod locus a maiori et a minori est alius a predictis: puta si dy non sciunt omnia: quanto minus homines. hic est locus a minori: quod magis videtur: quod dy debeant scire omnia quam homines. Hoc. n. est sic arguere: si cui magis visus inerat. i. videtur inesse: et non inest palam: quod neque cui minus. **C** Deinde. c. d. **C** Hic autem quod proximos verberat: qui et patres verberat: ex eo quod si quod minus existit: et quod magis existit: scilicet utrumque utriusque oportebit ostendere. **C** Ponit locum a maiori: quod hic qui patrem verberat: proximos. i. puicinos verberat: quod si quod minus existit: et quod magis existit: minus videtur quod aliquis debeat verberare patrem quam socios: igitur secundum utrumque locum a maiori et minori oportebit ostendere. l. opz arguere. **C** Deinde cum dicit. **C** Unde dictum erat. Et tuus quidem hostis perimens pater. mens ergo non Eladis gloriosum perimens germen. Et quia si neque Theus iniusta facit: neque Alexander: et si non Tindaride: neque Alexander. Et si Patroclum Hector: et Achillem Alexander. Et si non alij arte pravi: neque philosophi: et neque milites pravi: quia metuntur sepe: neque sophiste. Et quia si oportet idiotam de nostra opinione narrare: et nos de eorum que grecorum. **C** Manifestat quod dixerat per multa exempla: et videtur legi prima pars primi exempli suspensive sic: unde dictum erat. Tuus pater hostis fuit perimens filium. i. destruxit me filium suum: quasi dicat non: quod pater tuus hostis. i. iniquus et malus non destruxit filium suum: ergo multo magis mens pater non erit perimens. i. non destruxit gloriosus germen Eladis. i. gloriosos filios suos: qui dicuntur filij Eladis. q. d. si malus pater non destruxit filios suos: scilicet scit eis bona providere: multo magis hoc facit bonus pater. **C** Aliud exemplum est: quod si Theus non fecit iniusta: neque Alexander: qui fuit melior eo. Et si Tindaride non iniustificans: neque Alexander. Et si Hector occidit Patroclum: Alexander potuit occidere Achillem. Et si alij arte pravi non sunt: et si milites non sunt pravi: quia sepe mentuntur: neque sophiste propter hoc pravi sunt. mentiri. n. magis officium est sophisticum quam militum. Et si opz idiotam. i. ignorantem enarrare de nostra opinione: que est grecorum: si. n. ydiota vult bene scire famam et nomen apud sapientes: magis dignum est: quod sapientes habeant tale famam: ydiota. n. orator ille: qui scit vnum ydeoma: ut quod scit solum illam linguam: quam docuit eum mater sua. **C** Deinde cum dicit. **C** Alius a consideratione temporis: puta ut Ippocrates in ea: que ad Armodium: quod antequam fecisset: dignificabat imaginem adipisci: si fecisset: de differtis utriusque ei: que fecit. ergo non dabitis. Non igitur facturis spondetis: his autem qui laboraverunt auferetis. **C** Ponit alium locum sumptus ex oriam temporis. Ad cuius cui

Liber

dentiam notandum: quod ut supplet alia littera: quasi antecedentia ad aliquod negotium non antecedunt probabiliter et rhetorice: arguere possumus: quod consequentia non sequuntur: ut si promittere non antecedit dare: qui non dignatur promittere: signum est: quod non vult dare. Hoc est ergo: quod ait. quod alius locus sumitur a consideratione temporis: ut Ippocrates in ea: que ad Armodium: quod antequam fecisset: dignificabat imaginem adipisci: credebat. n. Ippocrates: quod ex hoc deberet inde adipisci imaginem: si fecisset illam rem: quam volebat Armodius et sui sequaces. i. inde deberet habere aliquam memoriam solennem: imago. n. est quedam memoria eius: cuius est imago. Tunc ergo aliquis accipit imaginem ab alio: quasi accipit ab eo beneficium: et talem exaltationem: que digne habetur in memoria: ideo subditur: si Ippocrates fecisset. i. promississet se facere illam rem: quam vultis vos: Armodium dedissetis. i. promississetis utriusque ei dictam imaginem: siue deum beneficium: et quod non promississet et non antecessit promissio: que debuit antecedere. ergo ei qui fecit non dabitis. i. non sequitur datio: quod videtur sequi factum. igitur non reddetis. i. non promittitis dare beneficium aliquod: et his qui laboraverunt nihil dabitis: sed magis auferetis quod habent. **C** Deinde cum dicit. **C** Et iterum quod ad Thebanos procedere Philippum ad Atticam: quia si antequam auxiliaretur contra Phocas dignificasset: spondisset utriusque. Inconueniens utriusque: si quia processit et credidit: et non dabit. **C** Ponit aliud exemplum: quod iterum istud idem potest dici ad Thebanos de processu Philippi ad Atticam. Iste. n. Philippus iuuit Thebanos contra Phocenses: siue circa Phocas: Phocenses. n. erant fines Thebanis. ut dicitur circa sine primi populi. si ergo Thebani voluissent iuare Philippum: qui inuassit Atticam: promississent ei auxilium: cum erant in arce positi: aut antequam Philippus auxiliaret eis circa Phocas: ideo subditur: quod si antequam auxiliaret: supple Philippus Thebanis contra Phocas: si populus thebanus dignificasset iuare Philippum spondisset utriusque ei auxilium: sed quod nihil promiserunt: et non processit quod debuit procedere: inconueniens sequitur. i. non sequitur quod debet sequi. id subdit igitur inconueniens: supple sequitur circa Philippum: quod processit eundo versus Atticam: et credidit quod Thebani deberent ipsum auxiliari: inconueniens. n. fuit illa creditio. i. subditur: non dabit. si non auxiliabuntur ei. Est igitur iste locus a consideratione temporis: siue a concessione: et ab antecessura: ut habet alia littera. Unde ibi dicit: quod si aliqua non antecedant: nec alia sequuntur. **C** Deinde cum dicit. **C** Alius ex dictis secundum se ad dicentes. Differt autem modus: ut puta intentio: versus fuit Ippocrates ad Aristophontem requisitus. si proderet naues cumis: non dicente autem: deinde dixit. Tu quidem existens Aristophontem non prodes: ego autem existens Ippocrates. **C** Ponit locum sumptum ex differentia bonitatis. Et duo facit: quod primo ponit dictum locum. Secundo ostendit quomodo dictus locus habet efficaciam. Secunda ibi. (Opz autem existere.) Dicit ergo: quod alius locus sumitur ex dictis secundum se ad dicentem: et iste modus: siue iste locus differt a priori: quod prius considerabat distantias temporum: iste autem considerat differentias personarum: ut si aliquis loquatur alicui: si sit melior eo: potest sumi quedam proportio ex dictis. i. ex his: que dicit ad ipsum dicentem: quod secundum loquens superat auditorem: sic dicta que dicit ei: debet se habere ad ipsum loquentem: siue ad ipsum

ad ipsum dicentem: hoc autem patet: si considerat id: quo fult
 vltus. id est id quod dicit ad Aristophontem. Requiritus
 enim Aristophon ab Ipsocrate: si proderet naues pro pecu-
 nijs. dicit quod non. Deinde cum dicit Ipsocrates. Tu quidem
 existens Aristophon non prodes. id est non facies proditio-
 nes nihil non prodes ipsas naues pecunijs. ergo ego existens
 Ipsocrates magis multo non prodes eas. Deinde cum dicit.
**Oportet autem existere quod magis utique videatur
 iniusta facere ille. si autem non: ridiculum uti-
 que apparebit. Si ad virtutis spiritum accusantem
 hoc utique aliquis dicat: sed aliquid ad discreditia
 accusatoris: totaliter enim dicit accusans melior esse
 fugientem: tunc igitur arguere.**

**Ostendit quomodo dictus locus habet efficaciam. Et duo facit:
 quia primo facit quod dictum est. Secundo ostendit hunc locum
 esse adaptabilem pluribus negotijs politicis. Secunda
 ibi. (Universaler autem iste.) Dicit ergo: quod est: qui vult sic
 loqui: ut dictum est: oportet existere talem: quod magis videatur
 ille iniusta facere quam ipse. quia si non: ridiculum apparebit: si
 aliquis dicat accusantem hoc proferre talia ad spiritum virtu-
 tis: ut accusatus sit magis virtuosus quam accusans: quia tunc
 non crederetur accusanti: sed tale dictum erit ad discreditia
 ter. id est ad incredulitate accusatoris: et est ratio: quod totaliter
 accusans dicitur esse fugiens. id est accusator. tunc igitur
 pergit arguere: melior est accusare peioris. Deinde. c. d.**

**Universaler autem iste locus est quando
 quis increpat alios pro his: que ipse non facit
 aut non faciet utique: aut exhortatur facere que
 ipse non facit: neque faciet: neque utique.**

**Adaptat istos locos ad negotia politica. Ad cuius eiusdem
 tiam notandum: quod licet dictum sit: quod prius ponant loci deservientes
 negotio deliberativo: non sic accipiendum est: quod dicitur
 loci non potest ad alia negotia adaptari: sed pro tanto verum
 est: quia forte promptius dicti loci adaptantur negotio
 illi: cui deservunt: verum quia unus et idem locus aliquando
 pluribus negotijs est adaptabilis. ideo prius dictus locus
 cum pluribus adaptat. Est autem locus predictus adaptabilis
 negotio deliberativo et exclamativo. ideo ait quod universaler
 iste locus est utilis: quando aliquis increpat alios pro his
 que ipse non facit: aut utique non facit. Et hoc quantum ad
 exclamativum: ad quod pertinet increpare et laudare: aut etiam
 dictus locus est utilis: cum aliquis exhortatur alicui facere
 que ipse non facit: neque faciet: quia si per differentias perso-
 narum debet esse differentia operum: potest aliquis exhortari
 alicui: quod ipse non faceret. Et hoc quantum ad negotium
 deliberativum: ad quod pertinet hortari.**



Lius autem a diffinitione: ut pu-
 ta quod diamonum est: sed aut deus
 aut dei opus: et quidem qui putat
 dei opus esse: habet necesse puta-
 re et deos esse.

**In parte ista prius docet sumere locos ex eiusdem. Et duo
 facit: quod primo facit quod dictum est. Secundo docet etiam sumere
 quendam locum commune ad tria similia et eadem. Secunda ibi.
 (Alius ex iudicio.) Id est quantum ad presens potest intelligi
 quadruplur. Nam diffinitio est idem diffinitio: et dividitur: quod
 fit diuisio: sunt quodammodo idem diuisio: et particula-
 ria: per que fit inductio: sunt quodammodo idem suo vlti. Pri-
 ma pars dividitur in partes quattuor: quia primo docet
 sumere locum a diffinitione. Secundo docet sumere locum
 a diffinitio. Tertio a diuisione. Quarto ab inductione. Se-**

**cunda ibi. (Alius autem ex diffinitione.) Tertia ibi. (Alius
 ex diuisione.) Quarta ibi. (Alius ex diffinitio.) Prima pars
 dividitur in partes quattuor: quod quattuor exempla ponit
 de loco a diffinitione. 2^a ibi. (Ut ille est.) 3^a ibi. (Et quod glossoz.)
 4^a ibi. (Et in poemate.) Primum exemplum tale. Quod si quis
 volet probare deum esse: si probaret hoc per regem: vel ali-
 quem diuinum: esset ibi locus a diffinitio: ois enim potestas a
 domino deo est: et ois dominus quoddam dei opus. sed si
 opus dei est: deus est. ergo si aliquid diuinum est: cum omne di-
 uinum sit quoddam dei opus: oportet deum esse. Est enim iste lo-
 cus a diffinitio: vel a diffinitione: quod quilibet rex: et quilibet
 dominus tanquam dei opus describitur: et notificatur per ipsum
 deum. hoc est ergo quod ait: quod locus ex diffinitione est: ut pu-
 ta diamonum. id est rex: ut habet alia littera: vel est deus: vel
 dei opus: sed qui putat dei opus esse: oportet hunc putare deos
 esse. ergo si aliquid diuinum est: deus est. Notandum
 autem: quod locus ex diffinitione accipit hic large: prout quod
 notificat aliud potest dici diffinitio illius: et quia uno modo
 partes diffinitionis sunt nobis notiores diffinitio. alio modo
 e converso: ut dicit Commentator primo physicoz: siue fiat lo-
 cus a diffinitio: siue a diffinitione: semper potest dici locus
 a diffinitione. id est a notificatione. Cum ergo per dei opus probaui-
 mus deum esse: potest dici locus a diffinitione: siue notificatione: quod
 notificatur deus per eius opera. Deinde cum dicit.**

**Et ille est generosissimus: qui optimus: et
 enim Armodio: et Aristogoni nihil prius ex-
 titit generosum antequam generosus aliquid egissent.**

**Ponit secundum exemplum: quod ille est generosissimus: quod est
 optimus. id est qui facit optima opera. ideo subdit: quod armo-
 dio et aristogoni nihil prius existit generosus: antequam aliquid
 generosum egissent: et quia eadem sunt principia essendi et
 cognoscendi: si bona opera inducunt generositatem: noti-
 ficant ea. Cum ergo per bona opera generositate arguimus:
 est locus a diffinitione: siue a notificatione. Deinde. c. d.**

**Et quod generosior ipse: opera enim generosio-
 ra sunt que mea quam que Armodio: et Aristogoni:
 nis: aut quam tua.**

**Ponit tertium exemplum. cum enim quis dicit ego ipse suz
 generosior alijs: quia opera mea generosiora sunt quam opera
 que sunt tua: ille sic dicens facit locum a diffinitione: quia si
 cur generositas notificatur per opera generosa: sic maior
 generositas notificatur per opera generosiora. Deinde. c. d.**

**Et in poemate Alexandro: quod omnes qui-
 dem confitentur utique non comptos: et nullius
 corporis diligere voluptatem: propter quod
 Socrates non ait ire ad Archelaum. Quod tunc
 licet enim ait esse non posse renuncere: si licet et bene
 passuri quemadmodum: et qui male. Quod est enim
 isti determinantes et accipientes quod quidem est
 syllogizant: de quibus dicunt.**

**Ponit quartum exemplum: quod in poemate Alexandro. id est
 de Alexandro dicitur: quod omnes confitentur non comptos.
 id est non mundanos: ut habet alia littera: nullius corporis
 voluptatem diligere: qui ergo arguit aliquid esse non mu-
 danum: quia non diligit voluptates corporales: faceret lo-
 cum a diffinitione. Addit autem quod Socrates propter hoc:
 ut non haberetur mundanus. id est: ut non reputaret dile-
 ctor voluptatis corporalis: ait non ire ad Archelaum. id est
 ad illum dominum a quo multa bona corporalia habere
 potuisset. ait enim Socrates quasi dilector veritatis non
 voluptatis contumelias esse non posse renuncere nisi passi-
 m. Egi. sup. R. beto. Aristo.**

quæadmodum: et qui male: sicut enim verecundum est non posse reddere vices ei: qui contulit verecundiam: sic dilectores virtutum reputant sibi ad verecundiam non reddere vices conferentibus eis beneficia: subdit autem quod omnes isti determinantes: et sic accipientes syllogizant ea: de quibus dicuntur. **¶** Primum quid est: id est quid dicitur et diffinitum. **¶** Notandum autem quod sic accipitur diffinitio: ut spectat ad rhetoricam diffinitionem: per diffinitionem enim rhetoricam diffinita nec est exquisita positum: nec est penitus manifestum: ut dicitur primo capitulo huius capitulo de delectationibus. **¶** Deinde cum dicit.

¶ Alius ex eo quod multipliciter: velut in topicis de eo quod recte.

¶ Ponit locum ex diffinitivo. Diffinitivum potest dici nomen notificans aliud. Et quia magis commune: quod de pluribus predicatur: potest esse notificativum alterius: cum per tale nomen aliquid notificamus: potest dici locus a diffinitivo. Hoc est ergo quod ait: quod alius locus sumitur ex eo: quod multipliciter: id est ex diffinitivo: quod potest dici multiplex: quia licet unius rei unicum est esse: tamen rei possunt esse multa diffinitiva. De hoc multipliciter: sine de hoc diffinitivo potest formari locus sicut dictum est in topicis de eo quod recte in secundo topicorum ostendit: quod contingit sentire recte et non recte quia contingit iudicare recte et non recte: in quo potest esse locus a diffinitivo: quia per iudicare: quod est commune notificatur ipsius sentire quod est specialius. Vel possumus dicere: quod ista multiplicatio referri potest ad alia predicata: quod sic potest sumi locus a diffinitione: id est potest sumi a genere propter et ab accidente. Et dicitur ista predicata multiplicia respectu diffinitionis: quia diffinitio est una unius: sed istorum predicamentorum: vel est unum plurium specierum vel sunt plura unius subiecti: et quod subdit in topicis de eo: quod recte: innuit exemplum de vniuersorum predicamentorum: ut de genere: arguimus enim quod contingit sentire recte: quia contingit iudicare recte. Iudicare enim est genus ad sentire: **¶** Deinde cum dicit.

¶ Alius ex diuisione: puta si omnes trium gratia iniuriantur: aut enim huius gratia: aut huius: et propter hoc quidem impossibile propter tertium aut neque ipsi dicunt.

¶ Ponit locum a diuisione: puta si omnes iniuriantur gratia trium: si possumus ostendere aliquos non fuisse iniuriatos gratia huius: aut huius: ut si propter duo illorum trium: impossibile est eos esse iniuriatos: nec ipsi dicunt propter illa duo se fecisse iniuriam: sequitur propter tertium eos fecisse: quia enim iniuriatur: vel facit propter lucrum: vel ut excellat: vel propter odium. Si ergo non iniuriatus est gratia lucrum: nec ut excellat: ergo propter tertium: quia ipsum odit. **¶** Deinde cum dicit.

¶ Alius ex inductione: puta ex manifestatione neque de filiis mulieres ubique determinat quod verum. Hoc quidem enim apud Athenas Athetia cum rhetore litigante ad filium enunciauit Athetia. Hoc autem apud Thebas. Ismenio et Stilbone litigantibus de bonis ostendit Ismenii filium: et propter hoc Thebalicum Ismenii putabat.

¶ Ponit locum ex inductione: et tria facit secundum quod tria exempla ad hoc inducit. Secunda ibi. (Et iterum ex lege.) Tertia ibi. (Et ut Alcibiadas.) Vult enim primo probare per inductionem: quod omnis mater habet specialem curam: et specialem memoriam de filiis: quia cum mater curat aliquid esse verum: approbat illud verum: et determinat per filium: ideo ait: quod alius locus est ex inductione: quæductio mani-

festatur in hoc exemplo: quia mulieres ubique determinant: quod verum de filiis. ex filiis: siue per filios. Cum enim mulier vult asserere esse aliquid verum: dicit ita esse per filium suum: quod patet inducendo: quia apud Thebas Athetia. id est muliere litigante cum rhetore ad filium enunciauit mater. id est mater illa matheia ad filium: id est per filium enunciauit sic esse ut dicebat. Hoc etiam contingit apud Thebas: quia Ismenio et Stilbone litigantibus de bonis: mulier quædam ostendit Ismenii filium. id est iurauit ostendendo filium Ismenii. id est filium viri sui: qui etiam filius suus erat: et propter hoc Thebalicum. id est filium suum illum: per quem mater illa iurauit: putabant Ismenii: quia illa mulier iurans per filium suum dicit ipsum esse filium Ismenii. Compleatur autem sic inductione. Mulier illa apud Thebas iurauit per filium suum: et sic de singulis. ergo eius mater iurat: et determinat quod verum est per filium suum. **¶** Deinde cum dicit.

¶ Et iterum ex lege Theodecti. Quod per his: qui male curas habuerunt de alienis equis: non tradunt proprios: neque his qui euerterunt alienas naues. Igitur si similiter de omnibus: et his qui male custodierunt alienam: non est vitendum ad propriam salutem.

¶ Ponit secundam inductionem: quod nulli male custodenti rem alienam debet aliquis dare propriam ad custodiendum. Dicit ergo. Et iterum ex lege Theodecti: supple talis inductione: quod si his: qui male curauerunt de alienis equis non tradunt proprios equos: et his qui euerterunt alienas naues non tradunt proprias: et sic de omnibus. ergo his qui male custodiunt alienam rem non est vitendum ad salutem propriam. id est ad salutem propriam rei. **¶** Deinde cum dicit.

¶ Et ut Alcibiadas quod omnes honorant sapientes et circa quod omnes. Pariter quidem Archilochum etiam blasphemum existentem honorauerunt et Chyri Homerum non existentem ciues et Athilench Sapho: quæuis mulier esset: et Lacedæmonii Chilonem de senioribus fecerunt mimes existentes Phyllogum: et Italici Pitagoram: et Lapsaceni Anaxagoram extraneum existentes sepelierunt. Et honorant nunc adhuc Athenienses quod Solonis legibus vitæ felices fuerunt: et Lacedæmonii his que Licurgus: et apud Thebas simul qui presides fuerunt philosophi: et felix fuit ciuitas.

¶ Ponit tertiam inductionem: per quam concluditur: quod omnes honorant sapientes dicens: quod sicut Alcibiadas dicit: omnes honorant sapientes: circa unum quodque enim aliquis sit sapiens: quod probat inducendo: quia pariter. id est ille gentes honorant Archilochum: id est illum sapientem: non obstante: quod ille sapiens: blasphemus esset: et Chyri honorant Homerum non existentem ciuem. id est ciuem: ut habet alia littera. Domines enim contemplationi dediti non sunt ciues: et Athilench honorant Sapho: quæ erat mulier: quæ credebant eam sapientem: et Lacedæmonii honorant Chilonem: et fecerunt ipsum de senioribus: quia ipsi Lacedæmonii minime essent phyllogum. id est modicus amarent sapientiam: et Italici honorant Pitagoram: et Lapsaceni sepelierunt Anaxagoram existentem extraneum: et Athenienses honorant Solonem: quia et nunc adhuc. id est usque ad ista tempora felices fuerunt Athenienses Solonis legibus et Lacedæmonii

et Laedemony vsi sūt legibus Licurgi: et apud Thebas
 quidam pbi fuerit p̄sides: felix fuit ciuitas. formel sic idu-
 ctio. Pary honorant sapientes: et Thy et Mithleneri: et sic
 de singulis. ergo oēs honorant sapientes. Deinde cū dic.

C Alius ex iudicio de eodem aut simili: aut con-
 trario aliquo maximo quidez: si omnes et sem-
 per: si autē non: aut plurimi. Aut sapientes: aut
 omnes: aut plurimi: aut boni: aut si ipsi: qui iu-
 dicant: aut quos acceptant: qui iudicant: aut q-
 bus non possunt contrarius iudicare. puta do-
 minis: aut quibus non est honestus contraria
 iudicare: vt puta dijs: aut patri: aut doctori.

C Pone quendam locum et cōmunem ad contraria simi-
 lia et eadem. Et duo facit: quia primo ponit dictum locus.
 Secundo quod dixerat manifestat per multa exempla.
 Secunda sibi. (Quemadmodum ad Dixidenidem.) Di-
 cit ergo: qd alius locus sumendus est ex iudicio: siue illud
 iudicium sit de eodē: siue de simili: siue de contrario: ma-
 xime: tunc est faciendum: si sit de simili: vel de eodez: vel
 fugiendum: si sit de contrario: vt si omnes semper iudicāt
 ita esse plurimi: aut sapientes: aut dicunt illud omnes bo-
 ni: aut plurimi: aut saltem aliqui boni: aut si hoc iudicant
 illi: quos acceptant. Si eni vellemus alicui aliquid p̄ua-
 dere: vel proponeremus eis: que ipsi acceptarent: vel que
 iudicarent illi sapientes: quos ipsi acceptant: vel ea que vi-
 dentur his: quibus non possunt contrarius iudicare: vt pa-
 ta: que videntur oīs: aut quibus non est honestum tra-
 rius iudicare: puta que videntur dijs: aut patri: aut doctori.
 Deinde cum dicit.

C Quemadmodum ad Dixidenidem dixit
 Antodes. Si venerabilibus deabus bene ha-
 buit in Ariopago dare vindictā Dixidenidez
 nō. Aut sicut Sapho: qd mori malū: dijs enim
 ita iudicare. morerentur enim vtiqz. Aut si-
 cut Aristipus ad Platonē: qd cū maioris spō-
 sionis putabat. Sed tamen socius noster in-
 quit nihil tale dixisse Socrate. Et Egisipolus
 in Delphis interrogabat deum vbi prius erat
 vsus olimpiadis: si sibi eadez viderent: que et
 patri tanqz turpe sit cōtraria dicere. Et de He-
 lena vt Socrates scripsit: qd studiosas siquidē
 Theseus iudicauit. Et de Alexandro: quoniā
 dijs p̄iudicauerē. Et de Euagoro qd studio-
 sus erat quemadmodū Socrates dicit. Lonō
 igitur infortunatū se reputās omnes alios de-
 relinquens ad Anaxagoram venit.

C Manifestat quod dixerat per multa exempla: quia An-
 todes dicit ad Dixidenidez. Si venerabilibus deab⁹ be-
 ne habuit in Ariopago dare vindictā Dixidenidi aut nō
 videtur hoc bonum: quasi diceret si venerabiles deez iudi-
 cant ita esse iudicādū: tu Dixidenides nō debes iudica-
 re contrarium. Et Sapho. idest illa mulier dicit: qd mo-
 ri malum erat: quia dijs ita iudicauerant. si eniz non vide-
 retur dijs: qd mori esset malū: ipsi morerent. Et Aristipus
 dicit: qd Platonē: qui vt putabat erat maioris sponsionis
 idest quid credebatur esse admirabilis: qd erat id negociū:
 quod credebatur esse valde mirabile: vt habet alia littera.

volebat enim Aristipus habere super hoc iudicium Pla-
 tonis: vt teneret ipsum quasi sententias. Addit qd quidam
 socius suus dicebat Socratez nihil tale dixisse. idest dicit
 Socratem a Platone discordare in sentētia illa. Sicut eni-
 mos Aristotelis nunqz simpliciter cōmendare Platonē
 ideo ne crederet aliquis iudicium Platonis esse simplici-
 ter tenendus. addit qd ab illo iudicio discordant Socra-
 tes. Subdit at: qd Egisipolus in Delphis. i. in illo loco vbi
 erat vsus olimpiadis interrogabat deū si sibi eadē vide-
 rentur: que et patri: tanqz turpe sit dicere cōtraria deo et pa-
 tri: forte quia antiquitus ydola responsus dabant. ideo vi-
 cebantur homines interrogare deos. Subdit at aliud exē-
 plum de Helena: qd Socrates dicit: qd erat studiosa: quia
 Theseus ita iudicauit: et de Alexandro qd esset studiosus:
 quoniā dijs ita p̄iudicauerant: et de Euagoro: qd esset stu-
 diosus: qd Socrates dicebat: qd Lonō. i. ille infortunatus
 reputās seipsum. vnde alia littera dabet. Lonō igitur in se-
 licus. idest passus infortunia omnes alios derelinquens
 venit ad Anaxagoram: qd nō fecisset: nisi credidisset Ana-
 xagoram esse sapientem et studiosum. Sunt autē omnes
 dicti loci viles negotio deliberatiuo: quia per contraria
 possumus hortari et debortari: ostendendo enim vnum cō-
 trariorum esse bonum: debortamur aliud fugiendum: et
 econuerso. Sic etiā a talibus est arguendus: quia si iustū
 est bonum: possumus arguere: qd iuste sit bene: et ex his qd
 adinuicem siue ex actiuis et passiuis hortari et debortari
 possumus: quia si inimici nostri iuste patiuntur: probabili-
 ter ostendere possumus: qd nos iuste eos offendamus: et a
 maiori et minori possumus arguere in consilijs. Et si osten-
 derimus: qd maiores nostri non potuerunt aliquid: debor-
 tabimur qd nos non facimus illud: et si hortari voluerim⁹
 ostendere debem⁹: qd minores nostri hęc fecerūt. Sic etiā
 a consecutione temporis: et a differentia personarum: et ab
 alijs locis assignatis possumus hortari et debortari: qd igno-
 rare non debet diligens inquisitor.



Nius ex tribus sicut i topicis qua-
 lis moris anima. hoc eni aut illud
 exemplū ex Socrate Theodecti
 In quale tēpluz impie egit: quos
 deoz nō honorauit quos ciuitas
 reputabat.

C In parte p̄cedenti posuit philosophus locos conueniē-
 tes negotio deliberatiuo. in parte ista venatur locos ap-
 plicabiles negotio exclamatiuo. Nam vt superius tange-
 batur: licet omnes loci hic assignati sunt aliquo modo ap-
 plicabiles omni negotio: et aliqui sunt magis applicabiles
 vni negotio: et aliqui alij: et fm hos tractatus locorum di-
 uidebatur in partes tres s̄z tria negotia politica. Vez qz
 exclamatiuum negotium magnam affinitatem habet
 cum negocijs alijs. ideo omnes loci hic traditi de excla-
 matiuo negotio sunt quasi in promptu adaptabiles nego-
 cys alijs. Est autem exclamatiuum affine deliberatiuo:
 quia ex quo locutio exclamatiua non differt a deliberati-
 uo nisi in situ: quia cum volumus laudare: supponimus
 opera: et concludimus bonum et laudabile: cum volumus
 deliberare p̄supponimus bonum: et concludimus opera
 vt si bonum est dominari: arguimus qd debemus bellare.
 ideo dicitur in prio huius caplo de exclamatiuo: qd lana
 habet cōmunem speciem consilij: sic et exclamatiuum est
 affine iudiciali. Iusta enim et non iusta que attenduntur
 in iudicys sunt laudabilia et vituperabilia. Et quia sic est
 affine exclamatiuum alijs negocijs: possumus diuidere par-

Rbeto.

rem istam: vbi traduntur loci adaptabiles exclamatio negotio in partes duas: quia primo ponitur quidam locus specialiter adaptabilis exclamatio. Secundo ponit loci quasi communes adaptabiles negotio alyo. Secunda ibi. (Alius quoniam in plurimis.) Est ergo primus locus talis: q non possumus ex partibus ostendere quales moris sit anima: vel vita. scilz. vtrum sit moris laudabilis: quod proprium est exclamatio: sicut dictus e in topicis. Nam circa finem tertij topicorum ostenditur: quomodo possumus arguere ex potestibz ex partibus: vt si est par comparatio omnis anime ad immortalitate. Et vniuscuiusqz possumus arguere: q si vna anima est: mortalis: q quilibet est immortalis. Sic etiam qui bene agit in vno: signum est: q bene agit in multis: ex vno laudabili possumus concludere de aliquo multa laudabilia. Hoc autem maxime attendere debent exclamatores volentes alios laudare: vt sciant ex partibus: id est ex aliquo particulari ostendere: cuius moris sit anima: vel cuius motus sit anima: qz passionis: ex quibus mores consurgunt sunt quidam motus anime: ex hoc enim apparebit: cuius moris sit anima: ille: vt vt habz alia littera: hic aut hic. Et est planior littera: qz apparebit ex illo particulari: cuius moris sit anima hęc aut hęc. Exempluz autem habemus de Socrate Theodecti qui volens vituperare quendam querebat in quale sepluz impie egit: q deos non honorauit: dico de numero illorū deozuz: quos ciuitas reputabat: siue quos ciuitas habebat in pretio. Ex hoc enim vituperabili volebat concludere multa vituperabilia. C Deinde cum dicit.

C Alius quoniam in plurimis accidit: vt assequatur ipsi aliquod bonum et malum ex consequente exhortari aut debortari: et accusare aut defendere et laudare: aut vituperare. puta erudito inuidiam pati assequitur malum. sapientem autem esse bonum. Non igitur oportet erudiri et inuidiam pati. Et oportet etiam erudiri. et sapientem esse. Locus iste est Calippi ars assumens possibile et alia: vt dictum est.

C Ponit locos adaptabiles negotio alyo. Et duo facti: qz primo ponit hos locos: quos adaptat negotio alyo. Secdo ponit eos: quos non adaptat. Secunda ibi. (Alius cu non eadem.) Circa primum duo facit: fm q tales duos locos ponit. Secunda ibi. (Alius quando ex duobus.) Primus locus talis. Qz nos debemus arguere ex his in quibus in plurimis consequitur ipsi aliquod bonum vel malum: et ex tali consequente debemus hortari aut debortari quantum ad deliberatum: accusare aut defendere quantum ad iudiciale: laudare vel vituperare quantum ad exclamatum. Ponit autem exemplum: puta eruditum assequitur hoc malum: quod est inuidiaz pati: et assequitur hoc bonum esse sapietes. Possumus ergo debortari: q non oportet erudiri ratione mali: qd inde sequitur: quia non oportet pati inuidiaz. Et possumus etiam hortari: q oportet erudiri ratione boni: qd inde consequimur: quia bonus est esse sapietes. Addit autem q iste locus est ars Calippi. Vel forte Calippus inuenit hunc modum arguendi. Vel forte hoc dicit vituperando ipsum: quia volens tradere artem locorum rbetoricorum non tradidit nisi hunc locum: qui locus est assumens malum: aut bonum possibile. et qui vel etiam aliqua vident se sequi modo: quo dictum est. C Deinde. c. d.

C Alius quando ex duobus oppositis: aut exhortari aut debortari oportebit: et prius dicto lo-

Liber

co in ambobus vii. Differt autem: quia ibi quidem quecuqz esse ponuntur. hic autem tria. C Ponit alium locum: et duo facit: quia primo ponit locum talem: et separat ipsum a loco priori. Secundo quod dixerat expoit in terminis. Secunda ibi. (Ut puta Vera.) Dicit ergo: q alius locus est quando de duobus oppositis oportebat exhortari et debortari: in quo conuenit iste locus cum priori loco: quia loco dicto prius potestinus vti in duobus oppositis: vt quod deberemus erudiri: et non erudiri. Sz differt iste locus a priori loco: quia ibi in priori loco conueniunt quecuqz consequentia. Possumus enim p prior locum arguere de omni consequente. sed hic arguimur solum contraria. C Deinde cum dicit.

C Ut puta Vera non sinebat filius concionari. Si enim iusta dixeris: homines te odient. Si autem iniusta dixeris: dii te amabunt. Si autem iniusta dixeris: dii te amabunt. Si autem iniusta dixeris: homines. Hoc autem idem est et: qd dicit oleum emi et sales et claudicatio. hoc est quod duorum contrariorum vtriusqz bonum et malum assequantur contraria vtriusqz vtriusqz.

C Exponit quod dixerat in terminis: quia Vera: id est ille sacerdos. vt habet alia littera. non sinebat. id est non dimittebat: vt habet alia littera. filium concionari. dicebat enim: q concionando: si iusta dixeris odient te. homines: si iniusta: odient te dii. non est ergo concionandum ne incurramus odium hominum: aut deorum. Possumus etiam ex hoc loco arguere oppositum: q sit concionandus vt acquiramus amorem hominum: aut deorum: quia si iniusta dixerimus: amabunt nos dii. si iniusta: diliget nos homines. Hoc enim idem est vt oleum emi et sales: et claudicatio: vel minutio. Posset enim quis arguere: q semper deberet gaudere cum celebrat minutionem: quia vel habet bonum sanguinem: vel malum: si bonum gaudeat: quia si gnum est: q bonus sanguis sit interius: si malum: etiam gaudere debet: quia remouet a se maliciam illam. Et ex hoc etiam posset argui: quia semper debet tristari: quia si sanguis: quem emisit: est bonus: tristandum: q tantum bonum amisit. si malus: etiam debet tristari: quia signus est: q habet malum sanguinem. Sic etiam possemus arguere de emptione olei: quia emens ipsum oleum vel expendet ipsum pro luminaribus deorum: et tunc non lucrabitur: vel non tribuet ipsum diis pro luminaribus: et tunc incurret indignationem deorum. nunqz ergo aliquis debz emere oleum: quia vel efficietur pauper: vel habebit inimicos deos. Ex hoc autem possumus arguere: q semper aliquis debet emere oleum: quia vel inde lucrabitur: si ipsum venderet: vel habebit inde amicos deos: si dabit ipsum luminaribus deorum. Et hoc etiam possemus habere de emptione salis: quia si ide lucrabitur: vel habebit ex eo amicos conuicinos: vel inde non lucrabitur: vel habebit inimicos conuicinos. si non distribuit ipsum inter eos. Sic etiam dicere possemus de claudicatione. si in textu habeat claudicatio: bonum enim est esse claudum: quia vel quiescet multuz corporaliter: vel multuz seruiet amicis. Claudus enim videtur plus seruire: quia plus laborat. Sic enim e contrarium possemus arguere: q non est bonus esse claudus: quia claudus vel multum laborat: vel parum seruiet amicis. C Deinde cum dicit.

C Alius cum non eadem manifeste laudant et occulte. Sed manifeste quidem iusta et honesta laudat

ita laudant maxime seorsum conferētia: magis volunt ex his tentari concludere alteraz. Inopinatorum enim iste locus principalissimus est.

C Ponit locos: quos non adaptat. Et quinque facit sicut quod tales locos quinque ponit. Secunda ibi. (Alius ex eo quod est.) Tertia ibi. (Alius ex eo quod eueniens.) Quarta ibi. (Alius ex eo quod non semper.) Quinta ibi. (Alius quod cuius gratia.) Primum locus talis est: quod debemus arguere ex his: que non laudant eadem manifeste et occulte: sed manifeste laudant iusta et honesta: occulte enim magis laudant conferentia: et vitia: ex his autem sic faciendo homines volunt tentari: id est tentant et incitantur concludere autem altera. id est concludere aliam partem contra sic iudicantes. Semper enim per istum locum possumus alios arguere: et vituperare: ducere eos ad inopinata: vel publice: vel saltem possumus eos ducere ad inopinata occulte. Ideo subditur quod iste locus est principalissimus locus inopinatorum: id est ad ducendum ad inopinatus homines. Homines enim occulte sequuntur delectabilia: quod est contra id: quod communiter predicant: dicunt enim decoratissimas rationes: faciunt autem tria. **C** Deinde cum dicit.

C Alius ex eo quod est proportionaliter hoc contingere: ut puta si Socrates filium suum iuniorum existentem etate: quod magnus esset ad ministrandum cogentibus dixit: quia si magnos puerorum viros putant: paruos viros pueros esse reputent.

C Ponit secundum locum: et duo facit sicut quod duo exempla ponit. Secunda ibi. (Et Theodectes.) Dicit ergo: quod alius locus sumitur ex eo quod est proportionaliter contingere: ut Socrates dicitur cogentibus ad ministrandum filium suum minorem existentem etate: quod magnus esset. Uidef enim rationale quod ministrans et seruans debeat esse magnus puer: senes enim seruire non debent: ut pueri nimis parui seruire non possunt. Dicit ergo Socrates: ne filius tuus cogere ad ministrandum: quod si magnos de numero puerorum viros putant: pari proportione paruos de numero viros pueros reputent: qua ergo ratione seruire debebat filius Socratis: qui erat magnus puer: seruire debebant alij: qui erant parui viri. **C** Deinde cum dicit.

C Et Theodectes quod si in lege ciues faciunt mercenarios ut Stabatas et Charidemum propter epicheim: profugos autem non facietis eos. Quod inter mercenarios incomparabilia egerunt.

C Ponit secundum exemplum quod Theodectes dicit rhetoribus ciuitatis: quod si in lege et per legem faciebant ciues mercenarios: quemadmodum fecerunt Stabata et Charidemum propter epicheim. s. propter iusticiam: consequens quod eos: qui inter mercenarios ad incomparabilia egerant ipsi facerent profugos. videtur enim esse proportio inter ciues et mercenarium et profugum. id est si ciues fiebant mercenarij debebant mercenarij fieri profugi. **C** Deinde cum dicit.

C Alius ex eo quod eueniens: si sit idem: et ex quibus eueniunt ista. ut puta Xenophanes dixit quod similiter imple agunt: qui fieri aiunt deos sicut qui mori dicunt. Atque enim modo accidit non esse deos aliquando.

C Ponit tertium locum: et duo facit: quia primo ponit di-

ctum locum. Secundo docet ipsum ampliare. Secunda ibi. (Et totaliter autem.) Dicit ergo: quod alius locus est quando ex aliquibus idem venit: quod tunc sic agentes sunt eque: licet vituperandi: vel laudandi: unde patet quod Xenophanes dicit: quod similiter imple agunt: qui dicunt deos fieri sicut qui dicunt deos mori: quia siue dii fiant: et generentur et moriantur semper: idem sequitur: ut quod aliquando dii non sint. **C** Deinde cum dicit.

C Et totaliter autem accidens ex utroque accipere ut idem semper. Debetis autem iudicare non de Socrate: sed de inuentione: sicut et philosophari: et quod dare terram et aquam seruire est: et principare communi pace est facere quod iubetur. Sumendum autem quod cuiusque fuerit utile.

C Docet istum locum ampliare: et totaliter et vniuersaliter quando idem accidit ex utroque debemus quasi idem accipere: et pro eodem illa iudicare. imo plus debemus curare de consequente quam de antecedente. volentes enim philosophari: non curant de Socrate: sed de aduentione: et de scientia eius. Sicut etiam in benefactis laudatur homo: non propter se: sed propter opera eius: que sequuntur ipsius sic in malefactis propter consequentia opera consurgit vituperium: ideo sequitur: quod quia dare terram et aquam est seruire. Nam non debet dicere aliquis: terra et aqua modicum valet. possum ergo esse tributarius alicui: sicut cogitare: quod sic faciendo est seruire. Sic etiam si participare cum pace est facere: quod iubetur: non debet quis presumere. utrum pax in se sit bona et laudabilis: sed utrum sit laudabile facere iusta alterius. Addit autem: quod sumendum est quod cuiusque exemplum: et quod cuiusque fuerit utile ad declarationem huius loci. **C** Deinde cum dicit.

C Alius ex eo: quod est non semper: eosdem eligere posterius: aut prius: sed econuerso: ut puta hoc enthimema. Sufficientes quidem oppugnabamur: quatenus discederemus. Cum discederemus autem fugeremus: ne oppugnemur. Aliquando quidem enim maxime propugnare eligebant. Aliquando autem non pugnare pro non manere.

C Ponit quartum locum dicens: quod alius est locus: quando eosdem non semper sequitur: unde vel eadem homines non semper idem eligunt prius et posterius: sed econuerso eligunt posterius: quod eligebant prius. Tunc enim eos possumus laudare ex priori electione: et vituperare ex posteriori: vel econuerso. Et ponit exemplum dicens: ut puta in hoc enthimemate. si fugientes opinabamur quatenus discederemus: in quo designatur: quod ciues elegerunt prius stare: et non fugere. aliter enim aduersarij non oppugnassent eos: nisi fugerent: et ut discederet. Secus autem cum discesserimus quod fugeremus: ne oppugnemur in quo designatur: quod mutauerunt propositum: ut arripere fugas. Et ideo subdit: quod aliquando eligebant manere ut pugnarent: aliquando non manere pro non pugnare. **C** Deinde cum dicit.

C Alius quod cuius gratia: si non huius gratia dicere esse: aut factum esse. ut puta si dederit utique dono aliquid alicui: ut eo spoliatus tristetur. vnde et hoc dicitur est. Abultis Dyonon non sicut benevolentia ferens magna dat eius fortunat

Rhetori.

sz quatenus calamitates recipiant euidenter.

C P onit quintam: et duo facit: quia primo ponit ipsum locum: et manifestat ipsum per quoddam generale dictum. Secundo declarat eum per quendam singularia gesta. Secunda ibi. (Et h ex meleagro.) Dicit ergo: quod alius locus est: ut videatur cuius gratia est aliquid: aut factum est: quia idem factum propter alium et alium finem: ut propter aliam et aliam intentionem potest esse magis et minus laudabile: et vituperabile. ideo subdit: quod si aliquid dedit alicui aliquid: non ut illi prodesset: sed ut recipiens donum: postea dono illo spoliatus tristaret: sicut quae modum dictum est Dyamon. id est deus dat magna eorum fortuna multis. non propter beniuolentiam: et quod eos diligat: sed ut illi spoliati bona fortuna recipiant euidentiores calamitates. cum ergo contingat alicui facere alicui bonum propter malum non quia equaliter tribuunt merentur equaliter gratiam et laudem. **C** Deinde cum dicit.

C Et hoc ex Meleagro Antiphontis. Non ut destrueret ianuam: sed quatenus aut testes virtutis fiat. Meleagro ad Elada. Et quod ex Dyaris Theodecti: quod Diomedes prelegit Alixem non honorans: sed ut minor sit qui sequitur. Contingit enim aliquem eius gratia fecisse.

C Determinat per gesta particularia quomodo aliquis faciat malum: non ut noceat: et faciat bonum non ut pro sit dicens: quod hoc apparet ex Meleagro antiphontis. id est in eo quod dicit Antipho: ut habet alia littera. i. Meleagus cum suis sequacibus non iuit ad ciuitatem grecorum nocendo grecis: ut destrueret ianuam. i. portam ciuitatis: et licet grecis nocisset: non tamen erat sua intentio inferre nocuentum: sed hoc fecit ut greci eent testes Meleagro virtutis et probitatis: quam exercuit ad Eladas. id est ad grecos. id est contra grecos: et etiam Dyaris Theodecti dicit: quod Diomedes primo elegit Ulixem non honorans: sed ut minor esset qui sequitur. Rex enim ponit aliquem iuxta se: non quia eum diligat: sed ne stet iuxta eum ille quem odit. ergo sicut Meleagus intulit mala: ut non noceret. sic et Diomedes fecit bona: non ut prodesset. Et quod ex fine potissime quis meretur laudem et vituperium. ideo sequitur contingit aliquem fecisse aliquid gratia eius. id est gratia finis: ad quem respiciendum est.



L ius communis litigantibus et deliberantibus considerare prouocantia et dehortantia: quorum gratia agunt et fugiunt. Hoc enim sunt: que siquidem existant: oportet agere: ut puta si possibile et facile et proficuum: aut sibi: aut amicis: aut nocuum inimicis: et danosum: aut minus damnum quam negocium. Et prouocant ex his: et dehortantur ex contrariis eisdem: aut his et accusant et defendunt. Est autem locus iste tota ars Pamphili et Calippi.

C In parte ista venat pars locos adaptabiles negotio iudiciali: et patet ordo: quia prius est aliquid futurum: postea presens est: vltimo est praeteritum. Prius ergo debuerit ponit loci applicabiles negotio deliberatiuo: quod respicit tempus futurum: postea applicabiles exclamatiuo quod respicit presens. postea applicabiles iudiciali: quod respicit praeteritum. Ita autem pars in qua ponuntur loci ap-

Liber

placabile iudiciali. Diuiditur in duas partes: quia primo ponitur locus quidam communis iudicialibus et deliberatiuis. Secundo ponit locos magis applicabiles ipsi iudicialibus. Secunda ibi. (Ex qua videntur.) Dicit ergo: quod alius locus communis est litigantibus: et iste locus sumitur a consideratione prouocantium: et dehortantium: et eorum quorum gratia homines agunt et fugiunt. Et exponit se que sunt illa: quia talia sunt: que si existant: oportet agere: puta si sit possibile: et facile: et proficuum sibi et amicis: aut nocuum et danosum inimicis: vel dato quod sit danosum: est minus damnum quam sit negocium profectus. Ex his homines prouocantur ad agendum: et dehortantur ex contrariis: ideo valet iste locus ad concilia: quia si possumus ostendere negocium esse facile et proficuum etc. huius dehortamur: si contraria dehortamur. Addit autem quod ex his homines accusant et defendunt: quia ex dehortantibus defendunt et prouocantibus accusant. Cum enim quis vult se defendere de crimine imposito: ostendit dehortantia: ut quod id fore factum non erat sibi facile: nec proficuum: cum aut vult accusare: ostendit contraria: et prouocantia. Addit enim quod iste locus est tota ars Pamphili et Calippi: quia nihil ultra sciuerunt dicere de locis rhetoricis. **C** Deinde cum dicit.

C Alius ex his qui videntur quidem fieri incredibilibus: aut quod non utique putata fuissent: si non essent: aut prope essent: et quod vulgares: aut enim entia: aut entibus assimilata existimant. Sic igitur incredibile et non verisimile verum utique erit. Non enim propterea quod est verisimile et probabile videtur esse.

C In parte ista ponit locos adaptabiles specialiter ipsi negotio iudiciali. Et duo facit: quia primo facit quod obiectum est. Secundo quia in precedentibus fecerat mentionem de entibus matibus ostensitis. ideo comparat hanc ad illa. Secunda ibi. (Appropianter magis.) **C** Fore factum autem circa quod iudiciale negotium versatur quantum ad presens quadrupliciter potest considerari. Primo in se. vtrum sit credibile. Secundo considerari potest per comparisonem ad fore facientem. vtrum fore faciens dicat inconfessa: et redarguit se verbis vel factis. Tertio per comparisonem ad causas. Quarto ad actus. **C** Prima ergo pars diuiditur in partes quattuor quia primo pars venatur locus: quo incredibilia fuerunt: et conuerso: qui locus videtur respicere fore facientes. Secundo docet sumere locos ex causis: per quas quis fore facit. Tertio ex actibus: quibus fit fore factum. Quarto apparet post. Secunda ibi. (Alii entibus.) Tertia ibi. (Alius ex ter minatis.) Quarta ibi. (Alius a causa.) Per primum locum ostendunt incredibilia credibilia esse. sicut ait: quia alius locus est ex his incredibilibus: que videntur fieri: quia non putata fuissent: si non essent facta: aut non fuissent prope facta: et magis est per partem affirmatiuam: et ea que sunt probabilia. Vulgares autem credunt ea esse entia: aut estimant esse assimilata et propinqua entibus: non tamen est ita: non enim valet: est incredibile. ergo non est. nec valet: est probabile. ergo est. Ideo subdit signum creditibile: et non verisimile. Manifestum utique erit. id est poterit verum esse: licet sit incredibile: quia non propterea: quod aliquid est verisimile et probabiliter videtur verisimile non potest hoc esse supra ita. **C** Deinde cum dicit.

C Apputa Androcales Puchebus dixit accusans legem: quoniam turbabantur contra

Ipſi: q̄ dixerat: q̄ leges idigēt lege: q̄ eas corri-
gat. Et enim pisces fale: equidē non verifile
neq; probable ex falina nutriti indigere fa-
le: z bachas oleo: q̄ suis incredibile ex q̄bus
oleum fit hoc indigere oleo.

Exponit per exemplū quomodo incredibile pōt esse:
quia Androcles pucheus accusans leges: quoniam quidē
turbabat contra ipsum Androclem: qui dixerat: q̄ leges
indigent lege: que corrigat eas: videt valde incredibi-
le: q̄ lex lege indigeat. Ipse autē Androcles: vt hoc incre-
dibile faceret credibile dicit: q̄ pisces marini indiger
fale: z tamē non est verifilile: nec est probable: pisces
ex falina. s. aq̄ maris nutriti indigere fale. Sicut et̄ vide-
bamus bachas: idest grana oliuaz idigere oleo. Forte
apud grecos fiebat comestio ex granis oliuaz: vbi nisi
apponerent oleum: nihil sapiebat cibus: z tamē incredi-
bile est oleas: ex quibus fit oleus indigere oleo. ergo est
iste locus vitiosus litigantib⁹. Quia si accusatus se defen-
deret: si fore factum sibi impositū non esset credibile.
Posset ei obici: q̄ multa sunt vera: que non sunt cre-
dibilia. Deinde cum dicit.

Alius elenticus inconfessa p̄siderare seoz
sum quidem in altercāte. S; inconfessum ex
omnibus tēporibus: actionibus: z verbis.

Ponit locum ex redargutione dicens: q̄ alius locus
est elenticus. i. redarguitus: vt sonat alia littera: qui lo-
cus seorsum in ipso altercante considerat inconfessa. i.
contradictiua z redargutiua. S; hui⁹ inconfessum. i.
redargutiū fit ex omnibus. idest ex quibuscunq; siue
ex temporibus: vt quod dicta vnus temporis non con-
cordant cum dictis alterius: siue sit ex actionibus z ver-
bis: vt q̄ verba non cōcordant factis. Aliqui textus ha-
bent siue confessum ex tēporibus zc. Et in idem redit
per confessa in vno tpe: redarguimus hoies in alio tpe:
z per opera redarguimus vba. Deinde cum dicit.

Arputa ait quidem diligere vos: conūrat
autem cum triginta: seorsum autem in ipso:
z ait quidem me esse p̄hilodiciū: nō habet
autem ostendere litigatus neq; vnaq; litem
seorsum: aut in ipso z altercāte. At iste qdē
non nūciauit vnq; aliquid supra: ego autem
z multis vestrum solui.

Manifestat quod dixerat. Nam quidaz ait: z conūra-
uit se diligere aliquem cum triginta. idest cū focys suis
omnibus: conūrando enim dicit quidā cūsdaz. Diligo
vos cum triginta focys vestris: in ipso autē sic loquēte
seorsum: quia facta non respondebant dictis. hoc est
enim seorsum loq. Ideo subdit. Ait quidē me eē p̄hilo-
diciū. i. me esse amatore z tuū: ipse autem litigatus. i. vna
pars aduersa non habz ostendere in vnam litem. idest
neq; vnam iusticiam aliam: sed soluz ostendere habz
qd est in ea: siue in ipso: z altercāte. i. aduersario: z q̄
ille aduersarius est seorsuz: z diuisus ab eo: vel est seor-
sum: z diuisus a seipso: quia dicta non p̄cordant factis.
Non enim diligit om̄m cum focys suis: vt ipse dicit: p̄-
pter qd sequitur aduersariū esse redargutū. ideo sequit̄
z iste non nūciauit aliquid vnq; vobis supra. idest in
nullo seruiuit vobis. ego autem multis vestrum solui.
idest seruiui. Deinde cum dicit.

Alius p̄ criminatis: z hominib⁹: z rebus
putatis est dicere cām inopinabilē. Est eni

aliquid p̄pter quod videtur: puta infamata
quedam super filio suo: qz eū osculabat q̄
videbatur coire cum puero. Dicta autez cā
soluta ē criminatio. Et velut i Aiaice Theo-
decti Ulixes ad Aiace: quia virilior existēs
Aiace non videtur.

Pōit locos iudiciales sumptos a causa. Et duo facit
fm q̄ duos tales locos pōit. Scda ibi. (Et alius a cau-
sa.) Primus talis est. Qz quidam locus est: per que
fit incredibile aliqd in dicta causa. Dicit ergo q̄ alius
locus est ad excusandū hoies criminatos deputatis re-
bus. i. de rebus: quas putat fecisse. Et iste locus est dice-
re causam: quare ista res videatur inopinabile: est eni
aliquid: p̄pter quod aliqua videntur mala: quoz scita
causa mala non apparent. Nam quedam mulier infā-
mata fuit super filio suo: quia osculabat ipsuz. Ex hoc
enim apud ignorantē: q̄ ipse esset filius suus: vaba-
tur occasio credendi q̄ ipsa coiret cum ipso puero. Di-
cta autem causa de osculatione: vt quia hoc non facie-
bat amore libidinoso: s; amore materno: soluta est cri-
minatio. Pōit aliud exēplū dicens: q̄ hoc quidez
apparuit in Aiace Theodecti. Aiace eni accusauit Uli-
xem forte: quia in bello non bene se gesserat: vel aliqd
aliud pusillanimitatis p̄miserat. Ulixes autē soluit ad
Aiace: q̄ erat virilior Aiace: quo posito: soluta est cri-
minatio: z crimen impositū non videt vterius habere
locū: quia si Aiace non commisit pusillanimitatem il-
lam: p̄babile est: q̄ Ulixes non comiserit eaz: erat eni
existens virilior eo. Deinde cum dicit.

Alius a causa siue extiterit qz est: siue non
extiterit quia non est. Simul eniz ē causa: z
cui⁹ causa: z sine causa nihil ē. vtputa Leodamas
respondens dixit accusante Thrasibulo: q̄ erat solitarius factus in extremo ci-
uitatis: sed decidere super triginta nō posse
Ait magis eniz vtiq; persuadere sibi trigin-
ta inscripta inimicitia ad populum.

Ponit alium locum: qui etiam respicit causam dicens
q̄ alius locus est de causa: siue existit: quia est: siue quia
non est. A causa eniz possumus arguere affirmādo: vel
negando. ideo subditur: q̄ simul est a causa: z id cuius
est causa: nam sine causa nihil est. Exponit autez quod
dixerat per exemplū. Nā accusante Thrasibulo Leodamas
dicebat Thrasibulus: q̄ Leodamas nō poterat deci-
dere: vt habet alia littera: vel nō poterat se subtrahere
sup triginta habitatores: forte inconuetū erat: q̄ aliquis
absentaret se ab habitatione ciuisum super triginta ha-
bitatores. Et qz fecerat Leodamas: edificauerat. n.
domum adeo distantem a domibus ciuium: q̄ in spa-
tio intermedio potuissent fieri plures triginta habitatio-
nes: ideo Thrasibulus accusabat Leodamā. Respon-
dit enim Leodamas: se hoc fecisse p̄pter inimicitiam
quam populus habebat ad ipsum: licet enim semper ci-
uib⁹ fugere inimicos: igitur causa assignata: magis
persuadetur: q̄ sibi erant dimittende triginta habita-
tiones q̄ non. Differt autem iste locus a prior: quia
hic solum assignatur causa facti: ibi autem non solum
assignatur causa facti: sed etiam redditur inopinabile
crimen. Potest ergo p̄dictus locus vocari locus a cau-
sa inopinabili. hic autem a causa simpliciter.



Alius si contingat melius agere q̄ ea que aut consulit: aut egit considerare. Manifestū enim: quia si nō ita habet: non egit: nullus enim volūtarius et cognoscens praua eligit.

In parte ista p̄hs pōt locos iudiciales sumptos a cōmunibus. Et duo facit. Nā iudicium vertitur inter accusantē et defendentes. Primo enī ponit locos: quibus aliquis pōt se defendere. Sc̄do anēctit quēdas locū: p̄ que p̄tingit aliquē inculcare. Sc̄da ibi. (Alius a noie.) Prima pars diuiditur in tres partes: qz p̄tingit aliquē per actiones: quibus ei imponit: se excusare. P̄tio enī se pōt excusare: qz cōtingebat accusatū melius agere. Sc̄do melius: si in operibus sibi impossitis implicatur cōtraria. Tertio: si fecit aliquē: quo facto nō est credibile eū fecisse: qd sibi imponitur. Sed hoc prima pars diuidit in tres s̄m qz tres locos circa hoc ponit. Secūda ibi. (Alius q̄ debet.) Tertia ibi. (Alius locus ex his.) Circa p̄mū duo facit: qz p̄mo ponit ipsuz locū. Sc̄do docet inferre instantiā circa locū datū. Sc̄da ibi. (Est autē hoc falsum.) Dicit ergo: qz vnus alius locus est se excusandi: crimine sibi imposto cōsiderare: si cōtingat ipsum inculcatū melius agere q̄ ea: que sibi imponit que forefacta: aut cōsulit. idest deliberauit facere: vt qz egit: aut nō egit: qz si nō ita habz: vt sibi imponit: quia forte potuit: vel potest melius facere: manifestus est. i. probabile est: qz non egit: quātūcūqz enim aliquis fore fecerit: vel deliberauerit se forefecisse. si pōt ostendere qz contingebat eum melius forefacere: reddit ipsuz forefactū incredibile: quia nullus cognoscēs praua: volūtarius ea eligit. Nullus enī aspiciens ad malū agit qd agit: vt dicit Dionysius q̄rto de diuinis noib⁹. **Dei. rē.**

Est autem hoc falsum. Sepe enim posterior sit manifestum: qualiter erat egisse melius: prius autem immanifestum.

Dat instantiā dicto loco: qz nō semp homo eligit: qd melius est. imo ait: qz hoc est falsum: qz semper homo faceret melius: si poterat melius facere: qz sepe contingit qz posterius sit manifestū qualiter p̄tingebat ipsuz melius facere: qd prius erat immanifestum. vna ḡ est causa quare aliquis prius: qd melius est sinit: eo qz melius illud non p̄cognoscebat. **Deinde cum dicit.**

Alius quādo debet aliquid agi cōtrarium actis simul cōsiderare: vtputa Xenophanē Eleatis interrogatibus: si imolabāt albe deę et plangeret: aut non cōsuluit. Siquidē existimant deum nō plangere. Simautes hominē non imolare.

Ponit sc̄dm locum: qz alius locus sumit: si cōsideremus: quādo imponit nobis qd egimus aliquid cōtrarium actis. So enī ipso: qz accusatio implicat cōtraria seipsum reddit incredibile. Manifestat qd dixerat p̄ exempla: qz Xenophanē. i. illū hoīez Eleatis. i. illis gētib⁹ interrogantibus: si imolabant albe deę: si questū fuit ab eis: si illa dea: vel ille deę plāgebāt: aut dicit⁹ populus nō consuluit talem deā: siue tales deas: interrogabat ergo p̄ ea Xenophanē: si imolauerat deę plangenti: aut nō cōsuluerat talē deā. Deę autē i criminatione implicabat cōtraria. Ideo subditur: si existimant ipm cui imolauerant esse deū: vel deā: non cōpetebat ei plā

gere: si reputabant eū hoīem: non erat imolādū: qz ḡ dicit⁹ ip̄ in inculcatione implicabant⁹ oīa. **Dei. rē.** **Alius locus ex his: que peccata sunt: accusare: aut defendere: vtputa in ea: que Larini Medea. Ibi quidem accusant qz putant: qz pueros occidit propter non apparere enim ipsos: peccauit enim Medea s̄m emissionē puerozū. Hec autem respōdet: qz nō iniue pueros: sed Jasonem vtiqz interfecit. Hoc enim putauit: cum non fecisset: siquidem et alterum fecerat. Est autem locus iste enthymematis: et spēs tota prior ars Theodozi.**

Ponit locum dicens: qz alius locus est defendere: aut accusare alium ex his: que erant tūc peccata. Est autē iste locus cuz aliquis ex vno peccato excusat se de alio pctō: vt p̄ vnu pctm̄ accusat aliu de alio pctō: qd manifestat p̄ exēplū: qz Medea Larini. i. apud illū locū cū inculcatur ab aliquibus: qz occiderat pueros suos: eo qz non apparebāt: licz peccasset Medea mittendo pueros. i. filios ad mortē: excusauit se Medea: nō qz non occiderat pueros: sed dixit qz interfecit Jasonem maritum suuz. Peccant vtiqz sic faciendo: sed ex hoc peccato videbat⁹: qz non fecisset crimē sibi impostū. idest qz non occiderat filios: si fecerat alterum. i. si occiderat maritū: Medea forte: vt placeret marito: ex q̄ forte nō suscepit illos filios: occidit filios suos. si ḡ dicebat se occidisse maritū: videbat⁹ pbabile: qz nō occidisset filios cum propter maritum perpetrasset homicidiū filioz.

Notandum autem: qz sicut per vnum peccatum inculcare possumus aliquē de alio peccato: si illa cōm̄ ixtionē habeāt. Addit qz iste loc⁹: et iste spēs enthymematis est tota ars Theodozi: quā ipse p̄s tradidit. **Dei. rē.**

Alius a noie: puta Sophocles plāe ferro induens nomen: et in deozum laudibus cōsuec̄t dicit⁹: vt Conō Thrasibulo. Thrasibulum. i. audacis cōsiliū vocabat⁹: et audax ip̄ Trāsimagus herodius: aut Polū tanq̄ polū celuz: et Braconē legis latorē: qz non vtiqz hoīs leges: sed Braconis difficilis: et Euripidis Echaa contra Venerē: et nomē recte deę incipit ab insipientia: et Theremio pentheus a sequenti calamitate denotatus.

Ponit locū aliū vtilē ad defendendū: et inculcandū: cōtingit. n. aliquē p̄ aliq̄ opa fortiri aliq̄ nomē: qd si sit prauū valz ad inculcandū: si sit bonū: valz ad defendendū: Dicit ḡ qz ali⁹ locus sumit a noie: puta Sophocles plane ferro induit tale nomē p̄ duriciā: siue p̄ fortitudinē. Aliud exēplū est: qz in laudib⁹ deoz cantat⁹ de Conō Thrasibulo. Thrasibulū. n. idē sonat: qz audaci p̄sili. Tertiu exēplū est de Herodio dicit⁹ Trāsimagus. Trāsimagus. n. idē sonat: qz audacia pugne et polus sic dicitur p̄ polū: siue p̄ celū erat forte bō diuin⁹: et celestis: et quāda legis latorē ciues Braconē appellabāt: qz leges ei⁹ nō erat leges hoīs. s̄z draconis: et p̄ castitatē forte Echaa Euripidis sic noiat⁹ fuit. erat. n. Venerē: et nomē recte deę incipit ab ipsa insipientia. i. a simplicitate: rectū enī et simplex mltuz pueniūt: Theremio penthe⁹ assequenti calamitate est sic notatus. Ex oib⁹ ḡ istis noib⁹ s̄m qz sonat in bonū possum⁹ sumere locos ad defendendū: et sonat in malū ad accusandū. **Deide rē.**

Approbat